



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>


Journal. 382



QVAESTIONES IVRISPHILOSOPHICAE.

Autore Guilielmo Onciaco.

Nunc primum in Germania summa
cum diligentia excusæ & à
mendis repurgatæ.




✻ B & D ✻

S P I R A E

Nemetum Ciuitate Imperiali libera:

Apud Bernardum Albinum.

M. D. LXXXV.





SERENISSIMO
CAROLO EMANVELI,
DVCI SABAVDIÆ.

Guilielmus Oniciacus S. D.



AROLE EMANVEL, — qui tanti
mensuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate ge-
nus,

(*Id enim summopere tuum est, quod
ad Maximum refert Ovidius,*) impe-

riy felicissimi decòrum certumq; insigne, fateor, atq;
etiã profiteor vltro, si cum certatim omnes accesserint,
seu reipublica, seu rei privata, quaestuaria, seu plurimã
sola visendi causã, studiosè perspecturi quid agatur, &
quomodo: liber. aliter & aperte excepti, alij in officio
continentur, alij inoffensi dimittuntur, alij, velut ab
ore pendentis, animis attonitis harent. Altissima verò,
& apprimè principalis prudentia, qua duce, te duce,
terq; quaterq; beatus populus, tutus, fidus, frequensq;
viuit: vs opportune Terentianum in verbum adductus,
longè errare censèã, qui imperium grauius stabilisq;
firmari velint, vi quod sit, quam quod amicitia adiun-
gitur. Qui vim facit, odium parit: quem verò quisque o-
derint, periisse cupiunt. Benefactus autem, et virtutum
admiratione deuincire homines, id est, id, inquam, est
ad summum aeternumq; principem accessus maximè
proprius. Omne enim bonum à patre luminum. Quin si
rectè coniicio, nec aliter Deus est, quàm quòd perfectè
bonus est. Caterum igitur valeant tumultuosi qui com.

4
irā pradicent politici. prater superbos, quos debellare
necesse est: in ceteris, clementem adituq; faciem mai-
statem probo. At quidem tuam, o princeps, velut inter
minora sydera, & que quaque fulgentem: ut & ipse, qui
antea, ut apud Prophetam Davidem, neque am-
ulare in magnis, neq; in mirabilibus super me stratis-
simē institueram, tui tandem numinis radius excitus, seu
etiam magis afficiant qua oculis fidelibus. quam qua
auribus subsiciuntur, visurus tamen adierim: qui me
stimuli instar omnium permoucant. Enimvero eorum
periculo doctior, qui obscuro loco diu conditi, accepto re-
pente sole perstringuntur offundunturq; caligine: ne tā
ta maiestatis aciem sustinere possem, veritus, comitem
libellum adhibendum duxi, qui inanimatus, animatū
authorem titubantem fortē subleuaret, faucibusq; ha-
rentes voces suppleret. Porro tamen intelligo, nihil mi-
nimum, quam aspectu, seu figura corporea quemq; perspicere
& proculdubio indicari quis, qualisue sit: sed oratione,
qua animi vniuersam naturam aperit. Animus enim
non huius superficies corpus hominē facit: ut scitis-
sime vetus id esset verbum, loquere ut te videam, quasi non
hominem videre prudentiores existimarēt, qui mutum
viderent, quia rationis sine effectu, vix vlla possit esse
ratio: effectus sine oratione, aut nullus, aut minimus.
Sed ecce, nedum dicentem indicat, sed eum de quo lo-
quitur, esse, fuisseue: ut antea quicumque nulla habita
oratione, aut nulla complexi vixerunt, si qua humana
sint conspicimus fuerint quasi non extiterint, seu tu-
mulati ab vtero. Quamobrem non alternam, aut mo-
mentaneam orationem habeo, sed in Iurisphilosophia
multa de dino patre tuo, ac multa de te perpetuo dicen-
tem: quam à civilibus studiis, in nouam ingenii exerci-
tationem, tuis deduxi auspiciis, insuēque dicani. Ad-
ditauerim equidem mihi à maledicis vitio dari, tecum
egisse imprudentius tenuitate operis: quod in tanta ma-
iestate imperij, scientiarum encyclopadia laudabiliter
exor-

5

exornata, nec punctum referre exiguum, nec locum occupare dignor, dum tanti ordinis perpendo celsitudinē. Tum vero auctore Virgil.

In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem.

Numina læua sinunt, auditq; vocatus Apollo,

Nam & plerunque tenue, aut obiter percurrenti prohibetur, in lapidem angularem fore necessarium, aut (quod illiberalis vulgi est) cognito demum inuentionis medio spernitur, nō exigua prius existimatione habitū.

Proinde cum omnes passim mutua compensatione magno labore partum magni pendant, quodammodo saltē in pretio mihi esse munusculum donaueris: ut eo etiam sacrorum placitorū imitatione, ne apparere vacuum coram te seu prater animi tesseram imputetur, obtinere liceat. Hoc autem quod solum exoptulo sufficit, videre, ac potuisse videri. Deus opt. max. quamdsutissimē te Reipub. sospitem esse velit, Camberi. Ca-

lend. Iulio. 1581.

6
GVLIELMVS ONCIACVS

Ad Lectorem.



Instituti mei rationē à limine subti-
cendam cōsultò duxi, ne, quod ple-
runque nimia breuitatis cupidine
accidit, summario accepto, toto nō
perfecto opere iudicium faceres. Sic
enim futurum alterutrum animad-
uertit: aut te inciuiliter me inauditum improbaturū;
aut sedulò auditum, si non laude dignum, culpa in-
dennem habiturum. Nanque & id obiter monue-
rim: promiscuè quæ occurrunt, geniali quo subue-
niunt ordine pono. Artificiozæ ne incumberem me-
thodo, tum difficilis effecit labor, ipsa rerum inuen-
tione maior, tum vtilitatis eo minimè opinio. Stat
sua cuiq; studiorum propria, tot sensibus intrà, quot
capitum formis, extra distincta ratio. Mirabili natu-
ræ consilio, si quemadmodum ait Persius,
Mille hominum species, & rerum discolor usus,
sic

Velle sum cuique est, nec voto vivitur vno.

Propterea tum nostrorum, tum exterorum interpre-
tum inuentaria, docendi discendiq; modi, exactissi-
mi licet, studioso tamen peruigili nequaquam om-
nino conferunt, quo minus assiduus illi labor scabro-
rum dolatione, atque perpolitio, noua suo pede
moduloq; seu ex eisdem locis, seu propria fœlicitate
ingenij suppeditet, quibus is quoq; prodire tentare
possit. Sic est sciētiarū fontibus sursum variè irrigari
oēs, seu omnes viritim ad partē admitti, partemq; sta-
cere: neminemq;, ni lōgè fallor, studiosum, non ma-
leuolum, & tanta hæreditate indignum, numerum
tantum facere, non partem. Sunt autem ingeniorum
eo successiuæ editiones, literis postmodum ferè non
impro-

impropiè, vt cenotaphiis conditæ: ac quæ prohiberi non magis possint, quàm corporū à corporibus procreatio. Vtrinque in generatione amor omnibus idē naturalis, sesēque, vt in speculo, sic in progenarato videndi insitum desiderium: sed & vtrinq; continuata in infinitum propagine, futura, præsentiaue præteritis ne inuideant sæculis. En igitur, dum naturā ducem sequor, accinctum me operi, tuis subleues votis, adsisq; faueasq; animo: ac mecum aut nulloperere, aut lubens agas, obtestor & obsecro. Constat enim maximè id naturale esse, mentem, vti cuique conscia est, sic obiecta concipere. Vale.





GVILIELMI ONCIA- CI QVAESTIONES

IURISPHILOSOPHICAE.

SVMMARIVM.

- 1 *Animantia animantibus conuenire similibus.*
- 2 *Error minor ab initio, maior postmodum.*
- 3 *Homo homini Deus, aut contra lupus.*
- 4 *Hominis diffinitio, per Bart.*
- 5 *Rancorem, non satisfactionem iniuria, remitti.*
- 6 *Vindicta, publici, non privati iuris.*

QVAESTIO I.



Rincipiò generi animantium omni est à natura tributum, vt vniuscuiusq; species speciebus delectentur similibus Ecclesiasti. capit. decimotertio. versicul. Omnis caro ad similem sibi coniungetur. Quin exosis ferè cæteris, ne alioqui sparsus amor, specierum confunderet differentias, tum demum subsequenter ac necesse confusas dissolueret. Exinde enim fit error maximus, minor licet concessus ab initio, vt de fama Virgil.

— *Viresq; acquirit eundo.*

*Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.*

transitq; tolerata consuetudo in naturam. glo. in l. si quis. ff. de liber. & posth. seu in habitum, qui postmodum euelli non possit. l. Neratius. vbi Bart. ff. de ser. corrupto. Sit igitur natura duce homo hominis amantissimus: inter sit hominis, hominem beneficio affici.

A 5

l. seruus ea. ff. de seru. export. & , quod ait Terentius, omnium obsequatur studiis, aduersus nemini: diuersi mores distinctionem faciunt, vt iam non homo homini Deus, nec, quod iactatum diu, homo homini lupus efficiatur, sed moribus. Atque hi cùm hærentes homini, eundem legi pœnali subiiciât: ad quam peropportunè illud Virgilij pertinet:

*Continuò culpam ferro compeſce, priusquam
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.*

Et Horat.

Quid tristes quarimonia,

Si non supplicio culpa reciditur?

- 4 principaliter, non authorem culpæ, sed culpã ipsam, qua animal ciuile, politicum esse desit (cuiusmodi est diffinitio hominis à Bar. tractatu de alueo. nu. 14.) magistratus iubente lege persequitur, ac miseretur vt homini, corripit autem vt delinquentem: nec parcit vnquam, ne quidem pauperi, diuino ex præcepto, & l. obseruandum. ff. de off. præf. non minus quam ipsa lex, cæcus, surdus, & inexorabilis. Hinc & a generalibus disceptatione ducta, non minus subtiliter, quàm
- 5 ineleganter, rancorem, nõ actionem iniuriarum, seu satisfactionẽ remitti, trad. gl. in can. Si is qui. 23. q. 4. & dist. 90. can. Si quis. Bar. in l. non solùm. §. j. ff. de iniur. quasi velint simultates, & inimicitias, ob illatã iniuriam minimè exercendas in posterum, vindictæ nomine: improbentq; furentem Didonem ea egisse imprecatione:

Tum vos, ô Tyrj, stirpem, & genus omne futurum

Exercete odiu, cineriq; hac mittite nostro

Munera. nullus amor populis, nec fœdera sunt. Et,

Imprecor, arma armis, pugnent ipsiq; nepotes.

Sunt hæc quidem exoletorum numinum, humanæ dissoluendæ societati paratissima placita, si, vt Ouid.

Non prius hi stimuli mortem quam vita relinquunt,

Quiq; dolet citius, quam dolor ipse cadat.

Nos

Nos autem summus & rerum opifex, & homo quoq; effectus, atq; eo probatissimus hominū cōseruator, pientissima lege prouocat, qua illatæ iniuriæ ultionem diuino imperio, non arbitrio nostro relinquendam pernoscimus. Verūm aliena iniuria aut inulta nobis, aut ablata, nihil impedit, quin legitimè aut tolli, aut restitui persequamur; æquali iudicio, quo actori restituta à reo iniuria, pares fiunt, nulla vindictæ impropertata nota. Namque hæc, nisi me fallit cogitatio, præter læsionis restitutionem simplicem, pœnam habet: cuius formidine tum is qui deliquit, tum cæteri similia facinora ausi, terreatur. Ex quo fit, pœnale id iudiciū videri indistinctè iuris publici, & necessarii, quatenus vindictam publico exemplo destinatam continet: si sic præterea rectè probauerim, q̄ princeps pœnā remittit, nihil mirū si pecuniariā, sed si ademptionis vitæ, regium id ius propriū, Deo proximum est. Non igitur proprii iuris est offensi. hoc enim non solet tali à principe, vt not. in l. 2. ff. ne quid. in lo. pub. c. dudum de priuil. seu restitutionis, seu dispensationis modo, cap. quamuis de rescrip. in 6. Panorm. conf. 6. vol. 2. quæ citat Chassan. tit. *des iustices*. 6. 5. in vers. *s'il n'a grace*. num. 163.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iniuria propulsanda modus, quoniam etsi alteri inferatur.*
- 2 *Iniuria illata defuncto, & ex interuallo, permissa persecutio, atque huiusmodi alia species.*
- 3 *Iniuria abolenda dissimulatione, aut tacita reconciliatione modi, & huius præscriptionis tempora. & nu. 4.*
- 4 *Dextra pignus animi.*

Q V Æ S T I O II.

Iniuriæ igitur persequutionem, seu iniuriæ restituendæ actionem dari, acceptius est, quam vindi-

Et multò magis nondum illatæ, sed imminētis propul-
 sationem concedi. l. i. versic. melius. C. quādo lic.
 fin. iud. se vindt. Quinimò & plerunque si inferatur
 alteri, puta, ei qui socium se itineris addidisset. gloss.
 in l. item apud Labeonē. §. abduxisse. ff. de injur. Boër,
 decif. 83. nu. 6. si proximo. Panorm. in c. penul. de cler.
 perc. si amico, quem animi custodem gloss. vocat, in l.
 latæ. ff. de verb. significat. Bald. cōf. 143. vol. 2. si fratris
 Alex. cōf. 2. vol. 7. si domino. l. fin. C. de iis quib. vt indig.
 si socio generaliter. can. non inferenda. versic. qui
enim nō repellit à socio iniuriam si potest, tam est in
vitio, quàm ille qui facit. 23. q. 3. c. dilecto vers. Imò si
 pōt & negligit, videatur iniuriantem fouere, ac esse
 particeps eiusdem culpæ, de senten. excom. fac. doct.
 Bar. in l. cum scimus. n. 4. C. de ag. & cens. li. ii. l. culpa
caret qui scit, sed prohibere non potest. ff. de reg. iur.
 2. vbi Decius Baldum contrarium reprehendit. Si de-
 functo, cuius hereditatem contendimus, seu ex testa-
 mento, seu ab intestato. l. i. C. de iis quib. vt indig. pla-
 nè à superioribus ea differentia, vt & ex interuallo,
 nedum permilla, sed necessaria sit accusatio: quòd à
 senatu ex facto obseruatum habeo, indictamque he-
 redi accusationem, quam debitum officium pietatis,
 lex vocat: eoq; prætermisso, hæreditatem ab hærede,
 velut ab indigno possessore, repetit: præsertim à ca-
 lumnia, & talionis pœna liberatione facile concessã.
 l. 2. C. de calumniat. Sic &, si patriæ, aut principi. l. v-
 trum. ff. de parricid. l. quisquis. §. id q. ff. ad l. Iul. ma-
 iest. Si vxori, si liberis. l. i. ff. de iniur. Si subdito, dū ta-
 men in contemptum domini. l. item apud. §. idem er-
 go. ff. de iniurijs. Guid. Pap. q. 464. permittitur ex in-
 teruallo, sed non indicitur necessariò eo casu accusa-
 tio: quemadmodum & nobis ipsis illatæ, seu ex tem-
 pore, seu ex interuallo propulsandę, nulla vsquam fit
 lege coarctatio; sed permittitur dissimulatio: eadēq;
 prorsus aboleri iniuriam, vt si hanc qui passus est,
 confe-

confestim ad animum suum non reuocauerit. l. non solùm, §. iniuriarum. ff. de iniur. vbi & tacitè remissa intelligitur, cōtrarijs actibus: vt salutatione reciproca, compositis inter se manibus, cuiusmodi id forte fit verbum Iudicum. ca. 17. impleuitq; Michas manū eius, & habuit puerum sacerdotem apud se: verum apud Virgil. fit apertius,

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus.

Dat iuueni, atque animum praesenti pignore firmat. 4

Et alibi,

Accepitq; manu, dextramq; amplexus inhaesit.

Coniuali conuersatione. DD. in l. 12. ff. de vsu & habit. nuncupatim Tiraq. tract. de Nobil. c. 20. nu. 85.

Cōpotatione speciatim, Virgil. sub finē l. Æncid. & 8.

— pocula porrigite dextris.

Communemq; vocate Deum, & date vna volentes.

Si iterum in amicitiam redierint, alijs atq; alijs argumentis, de quibus in ca. ad id. de sponsal. vbi Panor. & Dec. conf. 64. nu. 5. Alex. conf. 149. vol. 5. traditur in l. q. si iterum. ff. de adim. leg. Crau. conf. 91. Bal. conf. 253. vol. 2. glos. in can. si illic. 23. q. 4. aut, si cū reuocauerint ad animum, persequutionem aut anno distulerint. l. si non conuitii. C. de iniur. l. qui destitit agere amplius, & accusare prohibetur. aut quinquennio, vt in quæstione adulterij; testamenti aperti ante quæstionem habitā de morte defuncti; apostatus. sic. n. loquitur glos. in l. querela. C. ad Cornel. de fals. aut annis viginti, vt cætera ferè crimina. d. l. querela. quo loci & in l. i. C. de anna. excep. furti, parricidij, cōcusionis, suppositi partus persequutiones, 30. annis excluduntur à nostris,

S V M M A R I V M.

- 1 *Iniuria, accepto pretio an remitti possit, seu ante, seu post accusationem: in preiudicium fisci.*
- 2 *Imperium, adiectione hominum potius, quam pecunia ampliari.*

3 *Publicum crimen, sine iudice aboleri non posse.*

4 *Neceſſitati Veniam dari.*

QVÆSTIO III.

1 **A**Tque hæc de tacita diſſimulatione iniuriæ. Accep-
 to verò & ſine iudice precio, tranſactione vindicatur accipiētis abiectio. viliffimi animi exemplū. l. mariti. §. plectitur. ff. de adult. l. furti. ff. de iis qui not. infam. quomodo fortè intelligenda eſt gloſ. in can. ſi quem pœnituerit. 2. q. 3. & l. ſi quis repeterc. ff. ad Turpil. qua à priuati criminis accuſatione qui deſtiterit, officio iudicis extraordinariè coërcetur: quid. n. alioquin priuatim illata iniuria, liberaliter remiſſa, ad iudicem? Hoc autem ante cœptam accuſationē Bart. Iohan. concedit, in l. tranſigere. ff. de tranſactio. poſt cœptam verò, quaſi poſt natā actionem fiſco, negat. l. j. verſ. cōtra monet, q̄ qualiſcunq; accuſatio illata, cognoſcentis authoritate, non accuſantis voluntate aboleri debet. ff. ad Turpil. At neſcio quid pacatos conciliatoſq; animos ad pugnam prouocemus, ſimulantes & inimicitias admittamus, foueamuſq;, ſolo ærarii ſeu fiſci prætextu, cui⁹ principaliter nihil intereſt: quin potius conſulitur litigantibus, in quaſitione nō omiſſa, aut abolita prorfus, ne obſit. d. l. j. ſed diſſimulata quod iudici plerumq; conſeſſum, vt l. diuus verſicul. potes, de modo pœnæ eius diſſimulare. ff. de off. præſid. Quid. n. ex l. j. ff. de no. op. nunt. aliud agat prætor, quam vt controuerſias eorum dirimat? à quibus ſi ſpōte reſceſſerint, debet id ratum habere. En igitur, ait Virgil. *-moros præſtat cōponere fluctus.* vt ex l. j. ff. de portio. quæ liber. damn. trib. ampliari imperium hominum adiectione, quam pecunia longè latius ſit. Atq; eò grauiter à ſenatu animaduerſum eſt in actuarios, qui tacitè deſiſtentibus collitigantibus, in quaſitioneſ, & cætera iudicij fomenta pararēt, iudiciq; diſſinienda aſportarent, nequaquam de priuata litigantium iniuria, ſed de priuatis primum,
 deinde

deinde fisci commodis solliciti.

Plañè si publicum versaretur crimè, partes adesse iudicis compertum est: quia publicæ obesse quæstioni, quippe ut alienæ, acta, omiſſaue priuatorum, inciuile sit. quo igitur casu & perseuerare accusator cogitur. l. si quis homicidij. C. de accusat. vt explicitæ apud Bart. sing. 50. & Boër. decis. 91. & 237. Sed eo transactionem irritam, vtriusq; transigentium periculo probatur. l. qui delatorem. ff. de iniur. quã citat Bart. in d. l. transigere. n. 22. l. quoniam is intelligitur fateri crimen, qui paciscitur. ff. de iis qui not. infam. excepto quidem præter adulterium, crimine sanguinis quem lucis miseris tam dira cupidine, pecunia redimi, tolerant iura ciuilia, eadem licet in accipientem animaduertant. Huic. n. nulla est necessitatis cõsideratio, sed iuuat dantem tantum: is autem eadem cogente necessitate, non solum pecunia sese redimens, aut si vim inferenti vim referat, auditur, sed & tertio læso: fortè, si stimulante fame furatus sit: quod propellente necessitate, cessante iure ciuili, fiat locus naturali, quo omnia videtur communia. no. in l. 2. §. cū in eadem. ff. ad legem Rhod. can. ius naturale. i. distinct. cap. si quis propter. de furt. can. quicquid, de cõsecrat. distinct. §. aut si incendij vitandi gratia, vicinas ædes intercidit. l. si quis fumo. ff. ad l. Aquil.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iniuria propulsanda ex tempore ratio.*
- 2 *Provocato fauendum.*
- 3 *Iniuria Verbis an facto inferatur quoad propulsationem differentia. § num. 4.*
- 4 *Ratio & oratio hominem à brutis distinguunt.*
- 5 *De iniuria non querens, videtur consentire.*
- 6 *Duelli ratio. § num. 3. in fi.*
- 7 *Actio, etiam si nihil intersit, in l. Aquil competit.*
- 8 *Probatio qua non releuat, non admissenda.*
- 9 *Mori volens, an audiendus.*

Quod si hocce non delectaris cōpendio, plura ha-
 bes à Bar. & Bald, in d.l. transigere: ac repetam
 q. 35. de extemporanea propulsatione iniurię, sic ago.
 Quia primi motus in potestate hominis non sunt gl.
 in can. inter hæc. de pœniten dist. 2. *non cogente qui-
 dem sed non prohibente tribuno*, ut ait Iuuenal. Eadē
 prope est ne non ignoscatur propulsatio, sed vindictę
 nomen. Nam si percussus aliquis, continuò repercu-
 serit, non propulsauit iniuriam; ~~quæ cum iam illata~~
~~sit, pro infecta haberi non pōt.~~ l. in bello. §. factę. ff. de
 capt. & postl. reuer. Inde stricta iuris ratione, dici pos-
 sit petitam vindictam: at certē quia nullo ab initio
 vindictę animo, sustineri tamen quibusuis moribus
 velut propulsationem, acceptam Papiniano ex simi-
 lium delictorem compensatione mutua, in l. viro. ff.
 solut. matr. quinetiam acceptum quoq; grauiore re-
 pulsa, si aliter prouocatus se tueri non posset. l. scien-
 tiā. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. l. j. ff. si quadr. pau.
 fec. dic. Cæterum si posset minore impetu, puta, leui-
 ter læsum tabernarium, prætereuntem gladio reper-
 cussisse, oculumve eruisse, quod exemplum est Alphe-
 ni, in l. si ex plagis. §. tabernari. ff. ad l. Aquil. & Alex.
 ab Alexand. Genial. dierum lib. 4. ca. 15. non amplius
 propulsandę iniurię animus, sed vindictę iurę vindi-
 catur: ut licet fatear mitius prouocationis odio. l. qui
 cum natu. §. ignoscēdum est ei, qui voluit vlcisci pro-
 uocatus. ff. de bo. libert. arg. l. j. ff. de iis qui sib. mor.
 consci. not. Claud. Aquensis nostras in l. vt vim. ff. de
 iust. & iur. Felin. in ca. dilecti. de except. nu. 10. Longē
 autem refert aduertendū, an iniuria illata ipso facto,
 in personam pponatur, an verbis. priore genere, quia
 ad verbera itum est, eodem quoque genere toleratur
 propulsatio ex continenti, equaq; vtrinq; admittitur
 compensatio: nec verbis proficeret satisfactio; quia re
 malefactum est: nec proferentis iniuriam: quod saluo
 honore

honore dixerit, p Bon. in rub. mixta de criminal. n. 16. protestatio. n. cōtraria actui, delinquentem autorem suum non excusat. ca. cum olim de censib. Bal. confi. 500. vol. 3. Non eadem est perpetuū prioris speciei ratio: vt, si Titius mentiri Mæuium dixerit, Mæuius replicatio hæc, Imò ipse mentiris, inutilis sit moribus nostris. quibus in continenti, si non vilioribus, at saltem nobilibus cōceditur ipsa, vt aiunt, via facti. Quæro, quid ita? si quidem nihil tam naturale est, quam eodem genere quodq; dissolui, quo ligatum est. dico sic rem constituendam, vt Mæuius Titium, aut furē, aut quomodolibet facinorosum vocarit: namque si nihil præcesserit, frustra de propulsatione iniuriæ agimus. Cū igitur Titius notam excusserit eo verbo, mentiris, pusillum est Mæuius dixisse, Imò ipse mentiris: est. n. id ipsum idem cum dicto, q̄ a se Titius sustulit: non simpliciter, sed in contumeliam Mæuij, quæ mendacem subsequenter, improbum ac vanū arguit, 4 notæ uitq; grauissimè. Neq; n. rōe sola simpliciter excogitata, hominem fortè a belluis distinxeris, sed oratione, qua utiq; nō nutu, ratio explicari possit: vt qui oratione deficit, terribilis in ciuitate sua, ait Eccl. c. 9. linguosus & temerari⁹, mihi & rōe deficiat, ac veluti tertium quoddam genus animalium cōstituat. Itaq; eleganter a verbis ad uerba moribus toleratur accessus Mæuius, motusq; animi, ob grauem adeo iniuriam, quam verbis iam non amplius adimit, cum iisdem improbè deficere notatus sit. velut, inquam, nō minus posteriora verba, q̄ priora, ex quib⁹ media adnascitur contumelia falsa in prōptu habeatur. Quæ 5 ro, quid ex interuallo? puto acutissimè defendi eodē iure, quo realem propulsare iniuriam pernegatur, improbari & verbalem, tum ob animi degeneris indicium, quem, vt ait Virgil. timor arguit: tum etiā, quia non propulsata iniuria ex continenti, omnibus animalib⁹ lege licita. no. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. l. qui

cùm maior. §. si libertus. ff. de bo. libert. quodam modo verum esse quod obiicitur, conscientia facti assentire deprehenditur. ex l. qui patitur. ff. mand. l. Sabinius. vers. sin autem facienti consensit. nec pro damno habet actionem. ff. commu. diuid. eòq; propter propulsationem iniuriæ à se abdicauit, qui sibi propulsationis potestatem factam prætermisit: nempe ne ante contumeliis in alium probè versetur, q̄ notā offib⁹ iam impactam, fixamq; absterferit officio iudicis: cuius erit nosse, an prior iniuria vera sit, an & eo casu nocentem infamasse expedierit ex priore offensa, quod vulgò not. in d. l. si ex plagis. l. eum qui nocentem. ff. de iniuriis. & l. si non conuitij. C. eo. vt si prior incussa nota vera sit, necnon ex causa proposita, plectatur vltima injuria, qua posterior offensus, priorem mentitū asseuerauit: sin secus, plectatur prior vbi ex intervallo prior nō satisfecerit. Nāq; si in cōtinēti excussetur, frustra singularis certaminis exoptulauerit iudiciū. tū in ciuilitate apud iudicē queritur, qui ipso sibi iurēq; iudex extitit, & vltor. Sed his nō alien⁹ est Bal. cōf. 45. vol. j. cōf. 143. vol. ij. atq; huiusmodi loci singulares mouētur in addit. ad Bart. in l. quæ omnia. ff. de procur. in l. item apud. §. ait prætor, & d. l. eum qui nocentem. frustra item exitum iudicii ordinarij expectauerit, querens coram iudice de iniuria, quod se mentitum esse iactauerit aduersarius: nisi p̄bet verba; quæ diffamatoria licet à se prolata, asseruntur mendosa, **6** vera esse. Si. n. innotescat collitigantibus tantum infensissimis, quia sine teste deficit omnis iudicarij ordinis formula. q. 15. hoc lib. fortè non iniqua conditione singulare certamen tolerarunt tempora; vsitato duelli vocabulo, quasi inter duos bellum, à duob⁹, quem malit heræ, quidve ferat fors, virtute experturis, probationum quibus itur ad iudicem. penuria. ar. contrario, in l. æquissimum. vers. cur enim, inquit Iulianus, ad arma, & rixam procedere patiatur prætor, quos

quos potest iurisdictione sua componere? ff. de vsufr. & quemad. Quid. ni igitur extra ordinē si deficit modus iudicij prætori, aptissima limitatione. can. monomachiam. 2. q. 4. is iudex aduocetur, qui sine teste omnia nouit? Hæc autem accepta est duellaris pugnae ratio, a Longobardis maximè in formam iuris ea redacta. tit. de adult. lib. 3. & toto titul. qual. quis se defen. deb. Præsentita tamen dudum & sacris bibliis (omitto quod familiaris quidam meus, dum hæc scriberem, à geminis primis fratribus obseruationem traxerit) Regum. c. 10. Ibi, Eligite vobis virum, & descendat ad singulare certamen; si quiuerit pugnare mecum, & me percusserit. erimus vobis serui: si autē ego præualuero, & percussero eum, vos eritis serui. accidit autem alternatiuæ pars prior. Iuuarit assentientē Virgil. addidisse lib. 12. Æneid.

-fer sacra pater, & concipe fœdus.

Aut hac Dardanum dextra sub Tartara mittam,

Desertorem Asia: sedeat spectentq; Latini.

Et solus crimen ferro commune refellam;

Aut habeat victos: cedat Lavinia coniux.

Et rursus apud eundem, ad Turnum.

-et si adeo dotalis regia cordi est,

Aude, atq; aduersum fidens fer pectus in hostem.

Porro id genus certaminis ea tempestate nouum in Italia, testatur,

At regina noua pugna conterrita sorte,

Flebat.

Verum quàm inualuerit postmodum recepta vsu, plurimum ex opinione saltem, pro iusta causa fortuna dimicante, vt veteri verbo, ius in armis his fuerit ab vrbe cõdita: exēplo subest è multis, Trigeminorū pugna, regnante Tullo: Marci Seruilij 23. huiusmodi certamina fœliciter peracta: M. Antonius Augustum prouocās. Quin & poetas inuasit furor, vt apud Horatium.

Detur nobis locus, hora,

Custodes: Videamus, & iter plura scribere possit,

Et nostri quoq; iuris professores in Italia singularib*,
 siue certaminibus, quas concurrentias vocât. Sed ad
 quæsitam speciem, quia qui ementitus duello pro-
 bationis eorum quæ falsò dicta iactantur potestâtē
 sibi fieri contendit, si eadem sint huiusmodi, vt aduer-
 sarij nihil intersit vera necne fuerint, captata pugnae
 7 ansa videtur potius à iudice coërcenda. Namq; is à
 iudicio repellit eum, cuius nihil interest. l. ille à quo
 §. si de testamenta. ff. ad Trebell. glos. in l. penult. ff. ad
 exhiben. Ecclesiast. c. ii. vers. de ea re, quæ te non mo-
 lestat, ne ceteris. casus est in l. si autem. §. si homo.
 ff. de rei vind. vbi licet singulariter excipiat actio le-
 gis Aquiliæ, quia, ait glos. oculos habet retro; sed cū,
 etsi nunc non intersit, detur si interfuerit agentis, pu-
 ta seruum non vulneratum fuisse, qui aliunde casu
 mortuus est postmodum, hoc tandem constat inter-
 fuisse, quo in præsens tempus emissa sit actio: quem-
 admodum & Quæst. Acad. lib. 2. cap. 19. in actione de-
 positi, ex l. i. ff. eo. tit. annotatum est. Illa enim actio
 8 propter delictum dolosi, quod Iano dabant veteres,
 sua quoque terga videt. Sed accedit præterea percom-
 modè in eam sententiam, iudicem nec agenti proba-
 tionum onera indicere, si præter mendicata aliunde
 ex re, quæ ipsa loquitur, possit diffiniri controuersia
 per l. ad probationem. ibi: erga probationē laborare
 non conuenit, si huiusmodi licet probetur factum, ta-
 men intentioni nullum præbet adminiculum. C. de
 probat. not. Marsil. sing. 494. estq; ad rem species de-
 cis. Boër. 165. nu. 8. Hinc igitur iudex in eum qui alte-
 rum ementitus est, aut eo q̄ sua nihil intererat verba
 probata, aut quòd probata non fuisse aliunde con-
 stet, temeritatem retorquere potest, multa, aut alio-
 qui; velut in casu illatæ iniuriæ. Sic quidem dixerim,
 tum primùm in genere, tum maximè ea specie, con-
 stan-

stanter praxim sanguinolentæ huiusce probationis denegari à magistratibus ciuilibus: non quia iudiciũ fortis sæpenumerò iure non probetur; sed quia non tam fors æquè vtrinq; , q̄ in alterutro plus animi , & industriæ versari possit; tum etiam quod regulariter non audiant perire volentes. l. non tantum. ff. de appellat. glos. sing. in can. providendum. 83. distinc. Dec. in l. nemo fraudare videtur eos, qui sciunt, & consentiunt. de reg. iur. nec alioquin perituris damnatis, generis mortis electionem concedant. l. aut damnum. ff. de pœn. Rom. sing. 134. Atqui singularis certaminis hæc fit in vniuersum cogitatio. habent singula, singularis Alciati tractatus. Guid. Pap. quæst. 619. multæquæ subsequentes Aufr. in addit. ad styl. curiæ Paris. Dec. consil. 487.

S V M M A R I V M.

- 1 *Vim rebus illatam ex continenti repellendi modus, seu à iudice, seu ab executore inferatur.*
- 2 *Debitor, & fur, quando propria auctoritate capi possint.*
- 3 *Iudex quid à populo, aut principe datus.*
- 4 *Magistratibus obediendum esse, quid procedat.*
- 5 *Iudicis auctoritati potius, quam propria deferendum regulariter.*
- 6 *Pecudem in nostro pascentem, an retinere, an occidere liceat.*

Q V Æ S T I O V.

VIm quoque rebus nostris tentatam, ex continenti repellit Vlp. in l. 3. §. eum igitur, qui cum armis venit, possumus armis repellere. ff. de vi, arm. l. 3. de aggressionem. lib. i. legum Longobar. citra pœnam, citraque violentiæ nomen, vt imò qui continuè vi ereptam possessionem, vi recuperat, excisis, dirutisq; ianuis, & sublatis impedimentis, autore Corn. cons. 193. & 280. lib. 3. in pristinam causam reuerti potius, quam vi possidere intelligatur. l. qui possessionem. cod. Vim

aut accipio seu & illatam a iudice. l. contra præcepta
 vers. licebit prouinciali, si probeatur obnoxius execu-
 tor, cōtra veritum exactionis sibi vindicans, temerita-
 tatem repellere. De executor. li. 12. Cod. l. prohibitū.
 vers. vt etiam si officiales ausi fuerint a tenore dictæ
 legis desistere, ipsis priuatis resistentibus, a facienda
 iniuria arceantur, De iur. fisc. lib. 12. Cod. & not. in l. a
 dino Pio. §. si post edictum. ff. de re iud. in Auth. vt lic.
 mat. & au. §. ciuili. in fi. Chassan. tit. *des iustices*. §. 7.
 Boer. decis. 270. Marsil. sing. 405. in specie, qua mulier
 res proprias ab executoribus, pro re mariti interce-
 ptas, vi repetit. posse enim mulierem rebus mariti fis-
 co adiudicatis, res suas autoritate propria accipere,
 docet Angel. in l. si quis. C. de ho. proscript. Hæ autē,
 quæ in prōptu mulieris esse videatur, cōtinentur his
 verbis. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. vestem, argentum,
 aurum, ornamenta, ceteraq; quæ vxoris causa paran-
 2 tur. not. ex quæst. Mathesil. in tit. de priuil. fisc. Est alia
 species, paulò diuersa, sed frequens apud Vlp. in l. ait
 prætor. §. si debitorem meum. ff. quæ in fraud. cred.
 quo ex loco, aut fugientes debitores derinere, aut ab
 iis, aut à furibus nostra, si ita dixerim, vtrinq; subre-
 pta, auocare possumus, dum fures ducantur ad iudi-
 cem. de subreptis autem repetitis, fiat iudex libello
 certior: quæ est sententia Alex. conf. 64. vol. 3. Ias. in §.
 1. Institut. de act. Rebuff. de literis rogator. in princip.
 n. 6. Ratio huiusmodi adscripta est ex l. 1. C. quado lic.
 vnicuiq; sin. iud. se vind. vers. melius est occurrere in
 3 tempore, quam post exitum vindicare. At me quoad
 iudicē id agit potius, quod huic populus, principse,
 non vt illecebris, & soluto arbitrio modum rebus im-
 ponat, potestatem fecit, sed lege à populo, principēve
 præscripta, seu data formula. Idcirco dum graffatur
 præterea, eoq; fines excedit mandata, non immeritò
 a quolibet vim faciēs, vi repellitur, velut à iudicio ad
 pristinum priuatorum statum reuocatus suo facto,
 Verum-

Verumtamen an contra legem tentauerit quidpiam, & subsequenter vim faciat, si res sit subdubia, grauatè cuiuslibet de populo concessum, ex l. nō est singulis. ff. de reg. iur. sed prouocatione, aut supplicatione experiendum; neq; enim is iudicem misit, sed populus in vniuersum, cuius sit quoq; interpretatio ppia eorum, quæ per iniuriam vi à iudice ausa sunt: atq; inde animaduersio longè reip. vtilius, quam cuiuslibet ea de re notione remissa, quatenus præter legem aliter atque aliter videantur, mandatu iudicis vi propulset: vt diuinitus D. Paulus præsensit his verbis, Obedite magistratibus vestris etiam discolis. addant plerique, bene imperantibus: sententiã supperadditam ad populum refero, non quemlibet de populo, qui an bene imperauerit iudex, ignorat. Satius igitur & ipse pareat primùm? deinde coram maiore iudice, seu iniuriarum actione, seu lege Aquilia experiatur. nam ea quoq; tenetur lege magistratus. l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. Subiecerim præ rerum confinitate. nō omnia propriæ autoritati concessa; probari tamen: sed ad eundem superiorem, si aliunde vis retrahitur: vt si debitor fundum ingredientem creditorem, vi repulerit, non verbo tantum, quæ est species Bart. in l. creditores. C. de pign. si idem emphyteuta aduersus dominum iure suo vtētem, ob non solutionem census, audeat. vt trad. Crauet. cons. 18. num. 7. si ratis vi fluminis in agrum meum delatæ, velis me inuito, ac vi obsistente potestatem tibi fieri, antè quàm de præterito damno mihi caueris. l. ratis. ff. de incend. ruin. naufr. Sed sunt hi similes numerosi loci, qui à Decio in d. l. non est singulis. congeruntur. Porro eo rōe, quod ubi adest contradictio partium, nimirum adesse debeant superioris partes, imminentis periculi sedandi causa. l. penult. ff. de sicar. huius verò periculi superuacua consideratio sit, nemine contradicente, ac facilius inde toleratur propriæ autoritatis iudicium.

Rursum nec indistinctè: nam apud Vlp. in l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. si pro rectum meum, quod supra domum tuam nullo iure haberem, recidisses, agā tecum damni iniuria. secus, si aquæ ductum per domum tuam traiecisses, eumq; intercidisses: quia interstit, quod hic in tuo protexisses, illic in alieno fecisses. Atq; hinc quæritur, quid non possit dominus fundi, in eo alienā pecudem patcentem aut necare, aut includere, donec damno restituto? Pomponius in l. Quintus. & l. quamuis. ff. ad l. Aquil. quoniam, ait, domino propriæ actiones competunt pro damno dato. Sed an rudera quæ cecidissent in aedes meas, non aliter à te tolli, quam de damno præterito cauisses, scripisset Vlp. in l. prætor ait. & si. ff. de dam. infec. Bar. distinguens, rationem excogitat a maiore periculo retentionis animalium, quæ facilius intereant, quam res cæteræ. Dico si animal huiusmodi est, quod damnum, præter sui æstimationem, frugibus intulerit, im punè nedum retineri, sed & necari; prout aptissimè Senatus censuit, placito edito 26. Augusti, 1569. Nam utiq; id noxe dedere dominus poterat, nisi veller noxia restituere. l. j. ff. si quadr. paup. Quid igitur optionem sublatam queratur, cum æstimationem animalis, noxia superet?

S V M M A R I V M.

- 1 *Spolians, aut adificas: prior, quid spolianti, aut demolienti teneatur.*
- 2 *Factum non videri, quod non est permansurum.*
- 3 *Acqualitatis observanda in iudiciis casus.*

QVÆSTIO VI.

1 **Q**uæro, quid si ædificaveris vi aut clam: eodem modo demoliri incontinenti possum. l. si actus. §. bellissimè. ff. quod vi, aut clam. Nec verò incidero in constitutionē legis, si quis in tantam. C. vnde vi. quia iure permittente id facio. ex. l. Graccus. C. ad. l. Iul. de adult. Atqui nec prior ædificas, nec qui prior spoliavit,

uit, eiusdem constitutionis pœna fiet obnoxius. non, quod voluit Bart. in d. l. si quis in tantam. delictorum compensatione. nēq; enim secūdus deliquit vsquam: sed quid possessio prioris effectu caruit, vt perinde iure censeatur, atq; si præoccupata non extitisset. l. j. vers. proinde. ff. ne vis si. qj. qui in pos. mis. l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem ver. l. nam is. ff. de dol. glos. in. l. item eorum. §. quod si datus. ff. quod cuiusq; vniuer. tam quia spoliator subsequens, non expectato iudice, nec legis ministerio, ex se sibi ius dixerit. Ei igitur p̄ rebus amissis, ciuilibus actio tantum cōpetit. l. sed si vi. & l. penult. ff. de vi, & vi arm. Id quoque Dolæ in causa grauissima animaduersum est. Nec minus arbitrator similem actionem ad subsequenter pertinerere, ad inuicta & illata: ne alioqui pœna egredietur delictum. l. rescriptum. ff. de his quib. vt indig. seu inculpate tutelę modum priorem excedere toleremus, seu maximè quia æqualitas in iudiciis ad amissim asseruanda est inter collitigantes, vt vni quodcunq; licet, licere & alteri sinat iudex, præter alterius suo facto inuidiam; quæ est ratio à primæuo naturali, æqualitatis iure decepta. l. non debet. de reg. iur. & cap. non licet. eod. tit. in 6. l. denunciaſse. §. penul. ff. de adulter. Quo argumento, actorem qui exequutioni mandari debere arrestum pernegabat, dum penderet literarū ciuiliū, quas obtinuerat, contestatio, illegitimè agere defendi. Erat autem status causæ eiusmodi Reū, fundum auctori cedere arresto cautum erat; actorem reo datum fundi pretium præstare actor se nec ad pretium teneri literis ciuilibus contendebat; reus ea controuersia se interpellari exequutione arresti non premissa, excipiebat. Atqui dum instaret actor, in sui commodum tantum arrestum latum, porro in commodū suū se inuitum cogi non posse; Respondi, quid igitur de tollendo arresto ageret?

- 1 *In continenti actorum varia exempla tractantur.*
 § num. 2.
- 2 *Tempus continuum, eodem die aut hora factum dicitur, quid ita: indeque utilitas exemplis: § ibi, tempus presens esse solum sempiternum.*

QVÆSTIO VII.

- 1 **I**N continenti factum id propriè dicitur ex notatione nominis, quod actu continuo, seu priusquam ad alia negotia discesserint agentes, constat: ut cum aliquid eodem actu, loco, & tempore adijcitur, quod ex coherentia præcedentis huiusq; contemplatione tantum incit. l. lecta, vers. dicebam. ff. si cert. pet. l. heredes palam. §. si. ff. de testam. unde fit, donationem a viro uxori in contractu matrimonij factam, ad bene merita relatam, si nec quidem præter assertionem mariti, de meritis appareat, quasi lubrico linguæ notarij potius, quam natura negotij, cõtinuo adiecta videatur in donationis causam: quod non obscure præsentitum est in addit. ad Bart. in l. si fortè. ff. de astr. pecul. Concesserim tamen separatim initam, eodem licet tempore & loco, ac coram iisdem testibus, eodemque stipulatore notario, non aliter valere, quam de meritis liquaet: quia planè confestim hæc adijcitur conventio, sed separatim, nihilq; ad priorem pertinet, eivē consequens est, sumpta propositionis occasione, à glos. in l. etiam. §. ex causa ff. de minor. quam citat & sequitur Tiraquel. in præf. l. si vnquam. nu. 110. C. de reuoc. don. Verùm ex subiecta materia, si quid sequens conventio ad priorem pertinet etiam actu separato, ut ait Bald. conf. 208. vol. 1. præmoneo plerunq; modicum interuallum nihil impedire, ex continenti factam dici: sic enim Iulianus in l. duos reos. ff. de duob. re. modicum, ut ille, interuallum, itē modicus actus, qui modo contrarius obligationi non sit, nihil impedit, quo minus duo rei sint. Alex. cõf. 98. vol. 3. tres aut quatuor

quatuor horas concedit in specie rati habitationis, ex-
 tortæ post contractum metum initum. Martianus in
 l. si fundus. §. si duo. ff. de pign. vniuersum diē, his verbis
 q̄ erit dicēdū si eodem die vtriq; datū est separatim,
 vtrūq; in solidū videatur datū. Extat exult⁹ locus hic
 apud Corn. conf. vlt. li. i. & Tiraq. qui ipse cæterorū nō
 menclator est, in d. l. si vnquam. in ver. donatione lar-
 gitus. nu. 119. Multa addit Chassan. tit. *des rentes ven-*
dues. §. j. nu. 37. habetq; rationem propriam, vt eodem
 die initum quidpiam, quemadmodum & dies idem
 cōtinuus est, se ipso nec prior tempore, nec posterior,
 neq; ita quā seu altero die, seu nocte interruptus: quā-
 uis re vera alter altero prior posteriorq; sit, tamen p-
 pter incertitudinem, dum alterutrum non probatur
 accidens, continuū actum fuisse præsumatur: ac nec
 saltem hoc prius die, illud posterius, l. si debitor. & l.
 si fundus. ff. de pign. multò magis & si eadem hora a-
 ctum esse proponeretur, ex sentent. Tiraq. de iur. pri-
 nuigen. q. 2. quippe eadem hora factum, cū pars sit
 illa modica temporis in continenti seu in præsentī,
 magis putatur: seu dixerim ex nunc, prout ex tunc,
 qualis quod tunc sit, antè fuerit iuris fictione præsens.
 Nec aliēnum a naturali consideratione, cū in eadē
 tempus tantum præsens inesse videatur, vt subtiliter
 Bald. in aūthen. contra cū rogatus. C. ad Trabel. his
 verbis explicat: Astrologus dicit, quod polus est sem-
 piterna stella apparitionis: ita ego dico de tempore
 præsentī, quia omni tēpore est pro tunc dicere nunc.
 vnde solum. Nunc est in natura sempiterna. Fit igitur
 meritò in dubio ad tempus præsens, ipso iure redu-
 ctio, si tamen & rursū rectè præsens dici possit. infra
 q. 43. Cæterū adiectis specialibus horarum distin-
 ctionibus, continuus actus ex horis dici possit: sed al-
 teruter prior, aut posterior. gl. in l. si ex pluribus. ff. de
 solut. & loco præcitato Tiraq. in specie prælationis
 creditorum. Socin. conf. 67. vol. 3. glo. in cap. si à sede.

de præbend. Pap. arrest. 12. in specie eorum, qui de beneficio se prius, posteriusve prouisos quod aiunt, contenderent. exactissimè percurrit Mathesil. sing. 71. & quædam in l. 3. C. quom. & quan. iud. n. 3. Alciat. li. 1. parad. cap. 3. Sed in casu, quem correspectiuationis vocitant nostri, illud sit illo prius, posteriusve, nihil impedit: ac nec diuersis horis factum, prioris contem-
platione inritum fingi, vt præcitato Alex. responso. idémq; tradit Ancar. conf. 434. vbi eo amplius ex die sequenti continuum probat, quod Craue. conf. 254. n. 3. his verbis interpretatur, In continenti post terminū. i. in mane sequentis diei. Quid immoror? nam intra biduum, vel triduum dicitur mox factum. glos. in l. & post. ff. de transact. & Boer. hanc speciem habet, vt quarta, aut quinta die post acceptam pecuniam, si fundū comparauerit debitor, præsumptio sit, ex accepta pecunia emprum. Id forte probetur, quia haud ita facile aliunde accesserit, quo discontinuam potestatem pecuniæ iudicemus. Cæterum enim quæ solo pendet animo, vix altero die continua dici possunt, per l. si ex duobus. vers. ac nec obligatum intelligi eum, qui postera die responderit. ff. de duob. re. & c. 30. n. vbi si audiens vir vxoris votum tacuit, & in alterum diem distulerit sententiam: quicquid vouerat atq; promiserat vxor, reddet: quia, ait lex, statim vt audiuit maritus, tacuit. Est & alia species, qua post decem dies actum, illico actum fingitur. art. styli senatus. 75. per l. ad peremptorium. cum l. seq. ff. de iudic.

S V M M A R I V M.

- 1 *In continenti actum, & dato intervallo necessario dicitur. & num. 3.*
- 2 *Animus remissus, iudicē subire videtur: & ibi, actionem semel extinctam nunquam renasci.*
- 3 *Spoliatus, quomodo possessionem ui repetit.*
- 4 *Intervallum, quo tempore desinendum, in questione propulsationis iniuriæ.*

5 Pra-

5 *Prædonis, & Tyranni propulsandi differentia.*

QVÆSTIO VIII.

PRæmissa verò propulsandæ iniuriæ specie, sic res ¹ est, ut in continenti quid fieri iudicemus, etiã dato interuallo necessario. l. quod ait. 23. vers. & interpositis horis apprehensa est à patre qui persequebatur, in continenti videbitur occidisse. ff. de adult. Singulariter eo verbo, persequebatur, Jurisc. vtitur, quo primi motus continuationem, nullo ad alia negotia dato digressu, designaret; ac ita percommodè extrema coniungeret, velut eadem potius iniuria vi purgata, expulsaq;, quàm noua illata sit. Bald. conf. 312. vol. 4. exemplo hoc docet: is qui percussus exanimis hora lapsus, rediuinus percussorem iam aliud digressum cecidit, tenetur actione iniuriarum; contra, si dum instante percussore, quin exanimatio coniunctionem extremorum non impediatur, nec verò demissum propulsandæ iniuriæ animum arguat, cum nō entis qualitates nullæ sint. Rectè igitur eadem cum persequen ² te centuria adscribitur, nequaquam a se remissio impetu. is enim semel remissus, in iudicem cognitione eadem remisit: extinctaq; naturalis illa actio, quæ facti est, ciuili locum dedit: nec reuiuiscit, quemadmodum nec naturale quodcūq; mortuum. l. si. C. de remiss. pig. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædilit. edic. l. postquam liti. C. de pact. l. qui res. §. arca. vers. in perpetuum enim sublata obligatio, restitui non potest. ff. de solut. l. j. vers. & non iteratis fabulis sæpe recreata. C. de annal. excep. ut nec aptari possit, quod de rediuiua actione insufflante prætore, tradit glos. in l. ab hostibus. ff. ex quib. cau. maior. aut ea quæ non ipso iure extincta est. in l. etsi fortè. ff. si ser. vind. sic in recuperanda possessione qui in possessionem ereptam ³ reuerti differt, quòd vim maiorem vereatur, aut se repelli suspicetur, animo abdicatam ad iudicem defert pertractandam in posterum. l. sed si nolit. ff. de acq.

poss. gloss. in l. j. in verb. aduersarium. ff. de ope. no. nunt. ibi, quia meticulosus videor, & quasi deserere arg. l. ab hostibus. vers. nam eum qui differt restitutionem, non esse audiendum, Neratius scribit. & l. nō enim negligentibus subuenitur, sed rerum necessitate impeditis. ff. ex quib. cau. ma. quid enim, vt sacra notatur pagina, ac designatur l. nec timorem. ff. quod met. caus. modicę fidei timuit? Paulō quidem vberius in quæstione spoliationis, minore quoq; suspitione periculi, sit iuris interpretatio: vt non imputetur spoliato tempus id, quo euocat amicos seruos, cæteraq; additamenta pareat, rerum necessitate actus. non q̄ recuperationem differat: quid enim, si

densos fertur moriturus in hostes.

vt ait Virgil. non recuperationem probamus, sed furiosam vindictam, grauioremq; rixam: vt explicat Tiraq. limit. 21. n. 10. cōstit. possels. Quo autem tempore moram huiusmodi lege definiero, nō habeo, quicquid ex gloss. in l. 3. §. cū igitur. ff. de vi & vi arm. & Bald. conf. 382. volu. 5. plerique triduum concedant. Propterea omissum à lege diem, inspecta personarū rerumq; qualitate, & modo, arbitrio iudicis temperari concesserim facilius, suadente Alex. confi. 6. vol. 3. Decio. conf. 459. nu. 18. arg. d. l. ab hostibus. vt & nonnūquam perpetuō probata sit possessionis repetitio, his Bald. vers. in l. data. C. qui accus. non pos. violentia tyrāni semper est in fieri, & in actu permanēte, nō in actu transeunte: vnde semper pōt propulsari. Nec me mouet prædonem, postquam se repelli antiquus possessor suspiciatus fuerit, demum spoliatum restitui à iudice l. si quis ad se fundū. C. ad l. Iul. de vi pub. ac dixi quæst. Acad. 55. lib. 1. Nanque ad tyrannos publicos, qui vltoris gladii solo subsunt iudicio petita à Marte formula congruenter Baldum refero: ad cæteros omnes iudicem, vim vi legali propulsaturum, ac protinꝰ expulsū restitutum, semota proprietatis

ratis quæstione, seu à quocunq; possessionem reus cõ
uentus adeptus sit: quod obtinuit die vlt. Aug. 1580. in
specie qua auctore absq; decreto in possessione mis-
sus actor se à pupillo maiore effecto expulsum que-
rebatur, Danerio causam agente.

S V M M A R I V M.

- 1 *Proprietatis rerum superfluum ferè esse considera-
tionem*
- 2 *Saisire verbum, vnde.*
- 3 *Continuum dicitur, quod naturaliter fit.*
- 4 *Inuentarij conficiendi ab hærede, forma, & tem-
pus: & num. 5.*
- 5 *Temporis deliberandi modus & vtilitas*
- 6 *Creditorum & substituti quid cogant institutum
adire.*

Q V Æ S T I O IX.

Proprietatis rerum, quas nostras dicimus, superua-
cua ferè est quæstio: sunt .n. dies nostri sicut mer-
cenarij, atq; hic locus peregrinationis nostræ est lo-
cus, momètanæ hercle, dum proprium perpetuum-
que cœleste domicilium perspicimus, conferimusq;.
*Linquenda tellus, (ait Horat.) nec pietas moram Ra-
gis. & instanti senecta Afferet:* nec verò nos restituet
viuis pietas, non facundia. Terreni igitur propriè ni-
hil nobis proprium. Hæc verò possessionum incolat-
us nostri differentia, quòd altera alterâ magis acce-
dit ad proprietatem, qua viui potiti, morientes hære-
dem saisimus, seu saisitum, & possessorem facimus,
nullo aliunde quæsito suffragio medio: vnde celeberrimum
illud Gallicanum edictum: *Le mort saisit le vif.* 2
Et Horat carmen:

--perpetuus nulli datur & sus, & hæres

Hæredem alterius, velut vnda superuenit vndam.

Summa iuris rõe ab vniuersali naturæ consideratio-
ne sumpta, quæ decursum procliuem, ac continuum
admittit: moram nullam mediam, vt scitè Ouid.

*Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
 Non secus ac flumen, neq; enim consistere flumen
 Nec lenis aura potest, sed ut unda impellitur unda,
 Urgeturq; eadem, veniens urgetq; priorem:
 Tempora sic fugiunt pariter, pariterq; sequuntur,
 Et nova sunt semper, nam quod fuit ante relicium est.
 Estq; quod haud fuerat.*

- 3 Sed & hinc quoque naturales causæ, quæ dum accidunt continuæ sunt, licet antea nec postea extent, ut in aqua pluvia docet observatio, cum tamen huiusmodi causa naturalis sit: continuam & perpetuam, servitutem ea de re impositam denominant Iurisconsulti, in l. foramen. ff. de servit. urb. præd. l. cum ususfructus. ff. de usu & usufr. leg. Enimvero usu publico quod dammodo hinc recessum est iure, iurisq; qua utimur praxi. Atq; huiusmodi rem oculis subiecerim, si possum utriq; satisfacere. Defuncto eo de cuius bonis agitur, hæredes sui, seu extranei volentes, æquæ continuam possessionem se adeptos profitentur: nolentes isti repudiant, illi abstinent, si dubitauerint damnosam, confestim rebus intactis, aut publica autoritate obsignatis, se ex remedio inventarij hæredes gerunt. Convenit autem huic remedio, ut vocatis creditoribus, legatariis, & fideicommissariis, intra dies triginta cœptum, intra sexaginta perfectum hæredem ex sui forma damnet tantum. Submota enim fraudis unde quaque suspicione, creditores, & legatarij querela quoque submouentur: nec quicquam imputandum hæredi, dum ipse sibi consulit primum, dein nec ledit cæteros, quibus res defuncti obstrictè, perseguendæ, indemnes subiiciuntur. Aliud Iustiniani remedium annale deliberandi ut infrequens est, sic, nisi longe fallor, paulò obdurius. nam seu à principe, seu à iudice, seu à lege, à tempore delatæ hæreditatis id promeruerint hæredes, si non medio tempore declarauerint se hæreditatem repudiare, hæreditati omnino obnoxios

obnoxios libenter cedo seu interim facto inventario eo autem omisso, vix mihi persuadere soleo, quin rebus pertractatis non idem sit iudicium eorum præiudicio, ne deliberatio dolosa efficiatur dilatio. Atque id ipsum fit apertius, verbis his quibus Iustinianus deliberantium calliditatem repressit, Inventario minime conscripto, tunc res hæreditarias creditoribus, vel iis qui ad hæreditatem vocantur, legibus reddere compelletur, quantitate earum sacramento accipientium manifestanda, cum taxatione tamen à iudice statuenda. Me mouet id cum primum, quod si exploratis distractisque rebus repudiauerint, frustra cæteris deferri præmittimus. quid enim verisimiliter adeant potius? nam quod dici solet, primi bene videntur. tum ex l. si. vers. melius est enim intacta eorum iura seruari, quam post causam vulneratam, remedium quærere. C. in quib. caus. in integ. rest. non est nec, quia multò satius ab initio à finibus hæreditariis arceudi propulsandiq; fuerant, quam malè iacta hæreditate præsertim, a sacramento remedium petere. Quamobrè defendi queat moribus nostris accedere apertius, inventarium conficientibus annalis temporis deliberationem profuturam, interuallo temporis in damnum creditorum, qui si secus fiat, paratum habeant quem cõueniant. Sed cum prætermisso eo remedio, rursus ius adeundi intra annos triginta, instituto, seu ab intestato proximiori concedatur. l. licet. vbi Bald. C. de iur. dot. ne tandiu suspensi essent creditores, seu hoc vno seu altero remedio, id quoq; velut antidotum creditoribus & substitutis superest, vt arbitrio iudicis tempus adeundi præstituendum successuris obtineant. l. quandiu institutus ff. de acq. vel omitt. hæred. & omnium accuratissimè docuit Alex. conf. 4. vol. 2. intra quod rebus intactis si non repudiauerint, tacitè intelliguntur satisfecisse substitutis, quorum libellus eò desinit, vt non adeuntibus

34 G. ONCIACI QVÆST.
 prioribus, his adeundi fiat potestas: idemq; & creditoribus, ait Bart. in l. fin. C. de iur. delib. & l. si seruus. ff. de bo. autho. iud. possid. quia eorum interest, habeant quo cum experiantur. Dicebam ex forma item libelli, quæ est huiusmodi, vt adeundi præstitatur tēpus, quo medio, nisi repudiauerit is cui defertur hæreditas, censeatur hæres; namq; in pœnam non repudiationis, aut taciturnitatis morosæ, nulla aliorum peti potuit probabilis libello conclusio in hæredem, quem vtiq; non contradicentem, nimirum assentientem tacitè subsequatur. vide q. Acad. 49. nu. 4. li. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 *Hæres ante tempus inuentarij aut deliberandi, an conueniri possit: § nu. 2.*
- 2 *Hæres quid pondère inuentario creditores cōuenit.*
- 3 *Hæreditate adita fit retrotractio ad tempus mortis testatoris.*
- 4 *Succeffione seu subrogatione, perpetuum quid fieri explicatur: § quid dicatur id verbum perpetuum: § quest. 11. nu. 2.*
- 5 *Forma § materia consideratio: § quest. 30.*

QVÆSTIO X.

1 **A**Tqui interim ne à creditoribus hæreditariis aut substitutis conueniatur, tacitè quoq; suis ex his libellis obtinet, nisi fortè quis dixerit ex Papiniano in l. cum hæreditas. ff. ad Trebel. si res vrgeat, & metus sit ne dies actionis exeat, putem vix dari speciè: quia tempus intermedium ab omni præscriptione alienū facit lex Nec me fallit quod effingit Castrensis, conueniri hæredem vsurarij in continenti, ne, dum pendet inuentarij confectio, & reddendarum vsurarum dilatio, defuncti torqueatur anima apud inferos. Sed apud me ferè graue est hæredis proterui ac morosi iudicio, seu quo verbo vtitur Vlp. in l. j. ff. de pen. legat. in deuotione, easdem pœnas explicari. Alteram item Castren.

Castren. speciem, qua rei vindicatione agi posse contendit, quasi non vt in heredem, sed velut in rem, aut contra, possessorem quemlibet procedat, non admitto: sistoq; agentem ex ea sententia, quia inuentario non perfecto hæres nequaquam instructus, pbè addubitare possit an hæreditaria, an aliena res sit: demū si aliena, an iure pignoris, retentionis, cōpensationis, aliãve de causa apud defunctū extaret. Quærit omnes quid tamen debitores conueniat? dubitantq; exit. quod quisq; iuris in aliam statuerit, ipse eodem iure vtatur. Multi multa, sed hæc recensere non est meum. dico, quia persecutio debiti, est quædem species ad confectionem inuētarij necessaria neq; enim hæres rē descriperit inuentario, quam non est consequutus. Itaq; principio sic finem disceptationis contexto, post tempora intermedia adita tandem hæreditate, edicti, legisq; interpretatione censetur cōtinuata possessio, retrotractione ab aditione ad tempus mortis in comoda aut incommoda hæreditaria: velut superioribus tamen ex modis eadem persona sit hæres cum defuncto. §. j. in auth. vt iureiur. à moriēt. præst. Eam igitur in singulorum successione speciem perennem subrogatione lex probat: præter quã nullum elementarum esse perpetuum animaduertit Bar. in l. eum debere. ff. de seruit. vrb. præd. Estq; haud aliena iure quoque excogitata species in magistratib⁹ publicis in vniuersorum corpore, puta populo, legione, grege. Nanq; ait Iustin. Instit. de lega. §. si quis ancillas. est gregis vnū corpus ex distantibus capitibus, sicut ædium vnum corpus ex cohærentibus lapidibus: vnde, vt ille paulò antè, grege legato etiam eas oves quæ post testamentum factum gregi adiiciuntur, legato cedere Iulianus ait, & Alphenus, in l. proponebatur. ff. de iudic. legionem eandem haberi ex qua multi decessissent, quorum in locum alij subiecti essent: & populum eundem hoc tempore putari, qui ab

hinc centum annis fuisset, cum ex illis nunc uideret. Sed eo amplius ad rem inanem, perennem statum refert I. C. nauis quæ adeo sæpe refecta esset, ut nulla tabula eadem permaneret: cuius rei disputationis subiectum, nauis Argonautarum asseruata diu Athenis, veteribus philosophis suppeditauit. ac crediderim de ea Alphenum censuisse, & Paulum in l. qui res suas, §. si. ff. de solut. ex eorum sententia qui eandem nauem dixissent. quia si facilius rem explicauero, quemadmodum nauis, adiecta altera particula eadem est nihilominus: sic paulatim tractuque temporis adiectis & omnibus. Quod & in legato domus particulatim ita refecta, ut nihil ex pristina materia superesset, censet Caius in l. si ita legatum. de leg. j. ne alioquin quotidie adiectis particulis nouam aliamque dici eueniat, aut adiecta ultima nouarum; quod esset absurdum. Accedit. l. & an eadem. vers. idem corpus in hac exceptione, non utique; omni pristina qualitate vel quantitate seruata nulla adiectione diminutione uel facta, sed pinguius pro communi utilitate accipitur. ff. de excep. re. iud. & can. natales. vers. non enim manere in vno statu corporum naturam: sed aut semper crescere, aut decrescere. de consecrat. distint. 5. tunc & examine pertinaciori, habita ratione totius mutaram non esse formam: nauem enim semper esse constat, cum formæ identitas identitatem essentiali præstet, mutata licet materia non. ex l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhib. l. si conuenerit. §. si quis cauerit ut sylua sibi pignori esset, nauem ex ea materia factam non esse pignori Cassius ait: quia aliud sit materia, aliud nauis. ff. de pig. act. unde apud glos. & Bart. per l. Seia. ff. de au. & arg. leg. cum materiatur transit in materiatur. definit esse quod erat prius, & fit aliud. Quin etiam commutatione litis, res alia esse incipit. l. neque. C. ad exhib. aut recepto nauis exemplo, si eam dissoluerit dominus, ut in alios usus conuerterentur tabule, fit quid

quid aliud, nec eadem rursus in perpetuum esse potest. l. qui res. §. aream. ff. de solut. not. in l. qui liberatus ibi. sed si semel fuerit adoptatus, amplius adoptari non potest. ff. de adop. sed si reficiendæ navis gratia eadem dissoluta sit, omnes tabulæ refixæ. eandem faciunt: à mente reficientis, ratione sumpta. l. inter stipulantem. §. & navis. ff. de verbor. obligat. carina autem manente, navis refecta eadem proculdubio est. l. quod in rerum. de legatis. j.

S V M M A R I V M.

- 1 *Anima quæstio, an sit immortalis, Vtrum ad ius civile pertineat: & nu. 2. & 4.*
- 2 *Annorum, mensium, & dierum distinctiones: & numero 3.*
- 3 *Philosophia loci plures à iurisconsultis tractati: & de mutatione in disciplinis reciproca, de calis & aeris acceptione: & ibi de corpore Iuris.*
- 4 *Animam immortalem diffinire, quid potius intersit Iurisconsultorum, quam caterorum professorum?*
- 5 *Conscientia exoneranda cogitatio: & nu. 7.*
- 6 *Iuris constitutio ad alterum pertinet.*
- 7 *Disciplina sua cuique primordia relinquenda.*
- 8 *Immortalitatem anima præsensit à Iureconsultis.*
- 9 *Ius pontificium, seu sacrorum, quotuplex antiquo nostroque ritu.*
- 10 *De animo vniuersam iuris ferè esse quæstionem.*

Q V Æ S T I O X I.

V ERùm autem me eo exemplo agentem in menianis nostris, vir philosophiæ deditissimus Claudius Plancus interpellauit, an & iure nostro de immortalitate animæ haberetur quicquam: præsertim quòd non solum in magistratibus & populo, sed in brutis, sed in rebus inanimatis perennem statum iure elicerem. Dixi & imò suspectum non nihil immittere notationem nominis Pandectæ, quasi oia continentes,

nec alieno vocabulo si diligentius attenderet. Sed enim omnia continere Pandectas, seu nostrorum volumina, quoad ius ciuile pertinet, hoc primùm ad eã perpetuam seriem: dum id quod cœlo cadit, etsi non assiduè fiat, tamè quia ex naturali causa fit, perpetuò fieri intelligi. l. foramè. ff. de seruit. vrb. præd. quemadmodum & naturalè fluminù cursum, seu qui sit hyeme, seu qui sit æstate in l. i. ff. ne quid in flum. pub. vocantur enim hæ causæ, perpetuæ à nostris: cum & plerunque ex vsu ciuili eo vocabulo vtantur diuersimodè:

2 Nonnunquã ad id q̄ generale est gl. in tit. ff. vet. & in l. qui exceptionem. ff. de condic. indeb. Ad non modicum tempus. vt l. j. ff. furt. aduer. naut. caup. Nonnunquam ad annos triginta. l. prætor ait. §. hoc interdictũ perpetuum est. vbi gl. ff. ne quid in lo. pub. & in tit. de perpet. & temp. act. Nonnunquã ad annos centũ. Crauet. conf. 317. Dec. conf. 36. DD. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, quasi id tempus sit, quod philosophi æuum, seu seculum vocitãt: vt apud Connanũ li. i. c. 10. n. 6. atq; is rursum præclare eo. li. c. 15. de edicto & perpetuo & annali. Nonnunquã ad annos æternos. gl. in d. §. hoc interdictum. Antiquum verò ad duos etiam annos referunt: præsertim Guid. Pap. q. 118. diuturnũ ad diuturnum ad decem inter præsentem, viginti inter absentes. in l. diuturnum. C. si aduersus cred. §. diuturna. Instit. de vsucap. not. in l. si filiusfamilias. Cod. de petit. hæred. Alex. conf. 17. vol. 4. vt si ad tempus indefinitè relegatur aliquis, decem anni cõputentur. Bal. conf. 34. vol. 1. per l. sine præfinito. ff. de pœn. & alioquin sine præfinitione concessum, perpetuò intelligitur procedere. l. proximos. ff. de excusat. tut. licet & nonnunquam limitationes recipiat. vt per Alciat. reg. 2. præsump. 36. præsump. Et vorò annorum, mensium & dierũ distinctiones notantur, ex quæstionè navigationũ. in l. 3. C. de naufrag. s. ab Aprili ad Octob. melsiũ, & vindemiarum. in tit. de ferijs æstatis & hyemis.

in

in l. 1. ff. ne quid in flu. pub. tū speciatim dici ipsius tra-
ctantur partes, in l. 2. ff. de annuis legat. ibi, si non à
mane, sed à sexta diei hora det, totius diei nomine te-
nebitur. l. 2. ff. de verb. signifi. vers. cuiusq; diei maior
pars est horarum septem primarum diei, nō suprema-
rum. quibus argumēti vice subijci possint hi Psalmo-
rum loci. *In matutinis meditabor in te: Exurge cytha-
ra, exurgam diluculo, prouenerant oculi mei ad te di-
luculo, ut meditarer eloquia tua.* *Et Ierem. Misi ad vos
prophetas, surgendo mane.* Rōem exquirat Alciat. in d.
l. 2. de verb. significat. sed prāter eū Mantuanus, quid
difficilius ascendat. Sol mane, q̄ descendat uesperis. E-
nim uerò de his latissimè in l. cū bissextus. ff. de verb.
significat. l. more Romano. ff. de feriis. l. capite. ff. de
adulter. l. ubi lex duorum mensium mētionem facit.
& qui sexagesimò primo uenit, audiendus est. de reg.
iur. Bar. in d. l. cū bissextus sic rem habet, ut si 23. die
Augusti datus sit mensis, intelligatur impletus. die 23.
Septembris: sic tamen, ut totus cedat dies. l. 1. §. quod
dicimus. ff. de succes. edic. c. 1. de excep. Crauet. consil.
254. n. 3. locus est in l. non putabam diem fideicommissi
uenisse, cū decimum sextum annum ingressus fuis-
set is cui erat relictum, cū ad decimum sextum an-
num peruenisset. ff. de condit. & demon. l. si quis dixe-
rit. ff. de verb. sig. Guid. Pap. sing. 802. Bart. in l. in tem-
pore. ff. de diuer. tēp. præscript. in l. patronus. de leg. 3.
l. si cui de leg. 2. Tiraq. ad l. si unquā. in verb. susceperit
liberos. nu. 208. addit. ad Bar. in l. Gallus. in prin. ff. de
li. & posth. Bal. cōf. 458. vol. 1. ubi de publicatiōe edicti
agit. Rom. sig. 53. quo loci scilicet ait, quot dies
Luna haberet. Sic & speciatim impotentia & potētia;
anni examinātur ex aspectu. in l. de ætate. & l. minor
25. annis. ff. de minorib. Accedat & ad qualitates ani-
mi ex natiōe sūpta ratio. in l. q̄ si nolit. ff. de edil. edic.
& ex aspectu, seu p̄ exteriora in interiora p̄sūptio. Cal-
listrat. in l. obseruādū. ver. cuius animi motū uult⁹ de-

tegit. ff. de off. præf. & Cyn. in l. j. ff. de iurif. om. iud. quæ refert Alex. cõf. 209. vol. 6. his verbis, In pulchro corpore refidet anima virtuofa, citat illud perfij, *Gratior eſt, pulchro ſenſens è corpore, virtus.* ſubiunxeris Eccleſiaſt. cap 19. Boer. dccif. l. nu. 30 & Martialem ad Zoilum.

*Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine laſus,
Rem magnum præſtas Zoile ſi bonus es.*

Ouid. in epiſtola Paridis.

*Forma, Vigorq; animi, quamuis de plebe videbar,
Indicium teſta nobilitatis erat,*

Quo ex loco, ac coaceruatis ſimilibus Tira. de nobilit. c. 37. ex aſpectu ad nobilitatem arguit: Hoc autè artis phyſiognomix proprium. Sed alioqui diffinita eſt annorum ſeries minoribus tertio, ſeptimo, 14. 25. anno: & quidem à momento in momentum: ſed & iſſum momentum, in l. ſi infanti. C. de Iur. delib. l. cū filio. & l. ſequenti. de leg. 3. Inſtit. quib. mo. tut. fini. in prin. gl. in l. qua ætate. ff. de teſt. vbi de die naturali, & artificiali agit. c. de illis de ſponſal. l. pueri. vbi gl. ff. de verbor. ſignif. l. 3. ff. de minor. gloſ. in l. ſi Stichum. ff. de nouat. l. ſi. C. de teſtam. mil. l. ſi. C. de bõ. quæ lib. Tit. ſi de momen. poſ. ag. infrà q. 53. & abſentibus, ſeu promiſeuè omnibus. in l. an vſusfructus. ff. de vſufr. l. ſi. C. de ſacroſ. eccle. in l. hæreditatum. ff. ad Fal. l. cū hi. ff. de tranſac. Memini præterea variè à noſtris cæteras aditas diſciplinæ: vt tū ex facti cõtingentia medici videantur. toto ferè tit. de ædil. edic. & tit. de ven. in. ſp. in l. ventri. ff. de acq. hæred. in d. l. Gallus, & l. ſi quis. ibi, q̄ natura magis in homine generandi, & conſuetudo ſpectàda eſt, q̄ temporale vitium, aut valetudo, propter quam abducatur homo à generandi facultate. de lib. & poſth. l. quod certatim. C. cod. l. ſi ſterilis. ff. de act. emp. l. 12. ff. de ſta. hom. l. antiqui. ff. ſi pars hæred. pet. Boer. dccif. 148. l. ſi pater. vbi de receptaculis vulne. ff. de ſolut. & in l. ſed & ſi

& si: ff. de iudiciis. l. 26. ff. de ope. li. vers. vt acquiescere eos meridiano tēpore sineret: vt honestatis, & valetudinis rationē haberet: l. morbus. l. qui venenum. & l. inter stuprum. ff. de ver. sig. ad quam latē nouissimē Rebuff. l. in argento. §. vnguētis legatis. ff. de auro. & arg. leg. gl. in l. nihil interest. ibi, collige maiora vulnera sustinete fœminam, quàm marem. ff. de adult. non alienus locus in l. qua actione. §. sed & si quis ff. ad legem Aquil. l. in rōe. 1. §. si seruus testamento. ff. ad legē Falcid. l. 1. §. vlt. ff. ad Syllania. Panor. in ca. 2. de cler. percus. Boër. decis. 323. Alciat. regul. 2. præsumpt. 19. præsump. Romanus, sing. 712. Tū in futuro. rū cōtingentiū ratiocinatione expertos, in l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusat. tut. l. si quis domū. vers. hoc. n. euenisse posse prospicere debuerat. ff. locat. l. cum res. §. si. de leg. j. l. opus, vers. si tamen & l. si quis fundum. eo. l. qui foueas. l. scientiam. §. sed & si. ff. ad legem Falcid. l. j. ff. de arb. ced. glos. in l. si pupilli. in verb. obligatum. ff. de neg. gest. Quippe maximā politicę gloriam eo versari expedit, cum prudentis nolint esse omnes, dicere, non putaram: verūm illud factorum prudentia maiore, non solūm præsentia, sed animo tenere præterita, & præuidere futura: præsertim quæ ex prioribus conici possint. l. sed & si. ff. de iudiciis. vt his perspicacior, à brutis sit remotior, & aëriis virtutibus proximior. nec quidem ratio naturalis hæc deerit (exceptis sacris videntibus: de quibus Reg. 1. c. 9.) illum altero pernoscendis futuris præstantiorem. quemadmodum hi qui luminis vnici homines vocātur ab Vlpiano, in l. illicitas. ff. de offic. præsid. quibus, ait glos. porcellus alter oculus est: seu etiā alij reuera oculati minus oculis corporeis, montem tantum cominus diiudicant vt apud Virgil. Æneadæ eo carmine,

*Cum procul obscuros colles, humilēmq; Videmus Italiā
plæriq; montem, atq; ibidem syluas, pagos: alij sin-*

gulatim mœnia, alij ex Libycana specula exeuntes à Carthagine classes designant: quin & alij nouissimâ lunam, primamq; eodem die in signo Arietis, autore Valer. lib. j. Argon. Atq; haud scio, an quoad præteritorum explorationem, ac veluti diuinationē. huc referantur plurima de rebus dubijs de defunctorū contrahentium voluntatibus de præsumptionibus; coniecturis, conditionibus, & demonstrationibus ratiocinia. Cū tamē excusentur rursū qui nō diuinarent: imoq; arte efficta, & in rem expressa, diuinatores, qui nō p̄ aperta naturalia de incognitis iudicāt, iura p̄sequantur Leuit. c. 20. l. si fideiuss. §. si cū. ff. mādat. l. si putator. ff. ad l. Aquil. l. sed et si. §. si feriæ. ff. ex quib. cau. ma. Bal. cōf. 235. vol. 5. quem citat Crauet. cōf. 161. n. 12. ac diuinationis verbo in bonam partem nunquam accepto. can. nunquam. 1. q. 1. vniuersū exoleuerit augurum superstitio. can. 1. & 2. 26. q. 3. & q. 4. & 5. sed etiam autore Vlp. in l. 2. vers. quia fortuitos casus nullum humanum consiliū præuidere pōt. ff. de adm. re. ad ciuit. pert. præsertim qui subito ruūt. l. etiam. §. nam si idoneus subito lapsus sit, nihil collegæ imputari pōt. ff. de administrat. ru. Tum chymistæ in tit. de fal. mone. C. in l. 7. ff. de acq. re. do. & tit. de ponderat. & aur. illat. de aur. pub. persequ. de argēti pretio, quod thesau. inf. li. 10. Cod. l. pro imminutione. C. de vet. numis. §. ot. li. 11. Bar. in l. 2. ff. de reb. cred. l. j. ff. de aur. & ar. leg. gl. in l. mortuorum. C. de religio. nouissimè l. C. Bodini in rep. lib. 6. c. 3. promiscuè omnium disceptationibus de raurfurto monetæ ad 1. Paulus. ff. de solur. Tum occultæ philosophiæ non ignari. Mathesil. sing. 514. ad leg. 12. tab. id caput. Qui fruges excantasset, pœnas dato; nēve alienā segetem pellexeris excārando. in l. 1. in ver. exorcisauit. ff. de var. & extraord. cog. tit. de frigi. & malef. tractatu singulari Bodini. l. C. de sortilegis. ac permultis de sortis iudicio quæsitis. vt not. in l. si. C. cō. de leg. l. generaliter. §. q̄s ergo. ff. de

ff. de fideic. li. Tū theologi in ti. de sum. Trin. & si. cathol. tit. de sacros. eccl. tit. de heret. & Maniche. de paga. & sacrif. in l. quæ sub conditione. ff. de condit. inst. vbi de superstitionis & religionis differentia. l. vnum. in ver. prouidentissimus & religiosissimus. de leg. 2. in præm. Instit. in prin. tit. de religios. & sump. fun. Summa vtriusq; iuris, legum & interpretationum affinitate, & necessitudine, quā mixta vtiq; tractatione p̄sensit Moses. Tum arithmetici in l. stipulatus. ff. de ope. li. tit. de err. calcul. & necesse dinumeradis & assignandis partibus hæreditariis, & deductionib⁹ quar- tarum, quibus ad minimū vsq; percipi queat, quid hæ redibus singulis, singulisq; legatariis adiudicandum. Eadem ratio in portione, quæ soluto matrimonio, quoad fructus & expensas, expedienda est: magna apud interpretes cōcertatione. in l. diuortio. ff. eo. Tū geometriæ, tū geographiæ, & topographiæ expertes, in ti. si mē. fal. mo. dix. tit. de re. di. com. diuid. famil. her. eisc. iu Tyberiae Bar. tit. de mēsorib. li. 12. C. in l. scire oportet. ff. de excusat. tut. l. 3. ff. de verb. signif. q̄ ad miliarium computationem pertinet. & doct. Bart. in l. 1. ff. si quis cautionib. Tum Rhetores, vt apud Alciatū li. 4. de verb. signi. vbi disertè de figuris & tropis agit. eo. ti. ff. & C. Tum Speculatorē, tractatu de aduocato §. nunc dicendū. & §. nunc de exordiis. li. 1. atq; is Rhetori causidico visend⁹, reuisend⁹q; Tum logici subtilissimis, sub tit. de verb. oblig. respōsis: præsertim ad l. 4. eo. tractatu inextricabilis labyrinthi C. Molinæi diuidui & indiuidui in l. 177. ff. de verb. sig. l. qui 40. ff. ad l. Falcid. Dialectica legali Hegendorphini tota Euerardi de locis iuris locubratione, sed apprimè in loco à vi fictionis, quem alibi memini in decem prædicamentis exquisitum. Tum physici in l. 1. ff. de acquir. re. do. si licet aduertere cælum & aëra Paulo quid vnū idémque acceptum, ibi, Omnia igitur animalia quæ terra, mari, cœlóque capiuntur. ferè enim

est ne improprie locutum virum grauissimū iudicemus, quia cōijceret syderaterrāmq; æq; suis distingui ac librari numeris, & pōderibus per cœra vacuum, ac præter, id nullibi figi: vt æquè quod proximè terram ambit, ac quod sursum circumstat sydera, Cœlum dici possit. Nec longe hæret Horat. eo carmine
Cælo tonantem credidimus Iouem.

Quamuis & sæpissimè intermedium & infimum aëris generale, supremum cœli speciale nomen vindicet: quasi cœlatum syderibus. At tum præterea physici locis quibus de medicis actum est. Sed etiam in l. diuortio. §. puto. & §. si vir. ff. sol. matr. l. i. ff. de aqua cotid. & æst. l. si quis vinum. ff. de vino, trit. & oleo leg. l. si cui lana. §. de versicoloribus. de legat 3. l. sylua. vbi Alciatus. ff. de verb. significat. & in l. qui fundum eodem Institut. & tit. ff. de acquir. re. do. Bened. in ca. Raynutius. in verbo, cuidam Petro. & in verbo, quæ filium ex eo. Archidiaco. 36. distinct. Tum deniq; & vniuersum verè philosophi, non simulati. l. i. in prin. & §. huius studij. ff. de iust. & iure in primo Connani lib. ac consequenter subtiliter omnibus propemodū cæteris, præsertim 7. cap. 15. vbi & eleganter de proportionem arithmetica differit. Tiraquell. si in legibus cōnubialibus, iure primigeniorum, & quæstione nobilitatis attenditur diligentius. Sed & militiam nouit Iuriscōsultus, in tit. de re milit. ff. de capti. & postlim. reuer. C. de desertor, de vetera. de milit. veste. de re milit. ac plerisq; huius generis. lib. 12. C. & l. 1. & 2. C. quib. non ob. long. temp. præscr. nec non de singulari certamine constitutionibus. & apud Bar. in tract. de tyrannide. Veruntamen hæc perpena singulatim ad ius ciuile pertinent, hincq; quantum sat est, aut expedit, à cæteris hauriunt nostri suis aptanda vsibus: quasi encyclopediam scientiarum necessè captent, quæ non æquè aliis artibus conueniat, si ad ius conferantur. Quid enim medico cum Publiciana in rem actione,

a Etione, aut philosopho cum tit. de reb. cred. de pact.
 de vulg. substit. aut similibus commune? Aut si tandē
 & omnes conuenire his quoque disciplinas velis, eāsq;
 que sibi inuicem cathenatas seu connexas, eodemq;
 nexu obligatas: longa tamen sit differētia in mutua-
 tione mutua: quemadmodum ipsi iuris articuli om-
 nes coaceruati corpus iuris efficiunt haud secus, quā
 humana membra humanum corpus. text. & glos. in l.
 vnica. C. de re. vx. act. in princip. ex quo fit vnica legis
 interpretatione, si ad amussim perpendatur, per om-
 ne ferē iuris corpus sensim duci. testis Benedic. ad ca.
 Raynuius. Tiraquel. ad l. si vnquā. C. de reuoc. don.
 idemq; in similibus iudicium. Cohærent tamen aliæ
 atq; aliæ magis proximitate inuicem, non minus, quā
 humani corporis membra alia atq; alia inuicem ta-
 cito consensu paratis conueniunt. En igitur Plācus
 quid num, ait, quæstionem de anima aut à cæteris iti-
 dem mutuarint, aut ex se ipsi tractauerint: præsertim
 si rectē societatis conseruandæ regula, mentisq; diui-
 næ quædam participatio, iustitia describitur. Huic e-
 nim nulla ratio aptior, nulla vnquam vtilior, quàm
 immortalem definire animam: quæ cogitatio vniuer-
 sum bonæ fidei iudicium secum trahit, seruâtque; ni-
 mirum, quia vix perpetuò tam scitè, tam animaduert-
 enter proferatur quicquam, primæua naturali que
 sumptum quod non agentium subuertatur callidita-
 te: in indiuiduo singulorum deprauata natura, si so-
 lius præsentis iudicis non inuisibilis in futurum iudi-
 candam pœnam præmittimus, ac probamus, & qui
Castigatq; auditq; dolos subigitq; fateri
Qua quis apud superos furto latatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.
 ut ait Virgil. quod & maximè ad iuris autores spectat:
 ne laxatis à principe populòve habenis, leges pretio
 figāt, atq; refigant. Dixi in vniuersum disciplinæ cui-
 libet disceptationē igitur aptari, si ad cogitatione ad

actum rem transferimus, seu à rheorica ad praxim: vt si vim naturamq; hominum, locorum, rerumq; omnium animo perpendimus ac tractamus, an animus sit immortalis, nihil quæstioni conferat: quia & morturis quoq; quid sit q̄ quærimus absolutè, verè ac propriè nosse hoc nostra intersit: nec nos ipsos fallimus, sed dum cæteris cogitata impartimur. Hic conscientia tandem exoneranda versari p̄t quæstio, an penitus necesse sit, multa diu concteta, certis modis inolescere, morte obita. Rursum ille, & inde manifesto iuris versatur quæstio. nam hæc de rebus est tātum, quæ ad alterum pertinent. Dixi id profiteri ingenuè, quia sibi nemo iustus, aut iniustus esse potest, nō magis, q̄ nec sibi quisquam imperare, aut prohibere. l. penult. ff. de recept. arb. eoq; iuris laudem omnem prohibitionem, aut iussione elucescere. Sedenim eo perspici, vt Deum esse intelligere, animam immortalem esse, eidem solutè corpore cōcretam eximi labem, quæstiones iuris non esse: quia sola cogitatione & intelligentia, non alienis negotiis consent. Inde philosophi cæteri, qui soli insident cogitationi, inquisitionem vindicant: inquisitum autem quomodo colendum credendumve, statuunt Iurisconsulti. Præterea dixi, ne scientiarum confusionem, non explicationem, promiscua inuestigatio pariat, exactiorem de anima abfuisse à iure controuersiam. vt enim licet mutuis iungantur disciplinæ vinculis, principia, præcepta, ac propria quædam cuiq; necesse commendanda referèdaque sunt, quibus distinctæ percipientur: vt his è multis exēplis, quid sit definitio, quid sit genus, quid species, quid linea, quid numerus, quærunt logici: Iurisconsulti, non quid sit definitio, sed quid sit seruitus, quid tutela: an generi per speciem derogetur, vel contra: an Titius in linea ascendentium, aut descendentium adscribendus: quis testium, arbitrorum, dierum, numerus necessarius. Priora igitur cæterarum
artium

artium elementa norunt Iurisperiti. nam planè quid sit tutela, quis rectè nō definierit aut descripserit, nisi definitionis definitionem intellexerit. Hoc autem à physicis sumptum, eo nimirum suadente sui principio, quo cuilibet suum tribuendum statuunt, & physicis remittunt, habentq; acceptum. Perennis quoq; status animæ demonstrationem, quam ex occultissimis philosophiæ penetralibus exhaurire tentarunt maximè Plato & Cicero: quibus non ambigè acripserunt iuris authores, nisi me quæ à Triboniano fragmenta supersunt decipiāt: his potissimum locis, quibus iniuriam fieri defuncto à muliere, quæ intra annum luctus nubir; aut exonerandam defuncti conscientiam, seu purgandam innocentiam ab hærede, aut suam ipsius, circa defunctorum placita explicat. His etiam, quibus memoriæ defuncti cōseruationē, sepulchra, sumptusq; funerū persequuntur; aut cōtrā, quibus memoriam damnant: quæ nō aliter viri peritissimi, diuino afflati numine, tam sedulò, tam religiose exegissent, si extinctum prorsus defunctum existimassent. Quorsum enim alioquin inanes hænzuiæ? quorsum defuncto, qui non sit, nec esse putetur vnquā, incussa dici possit iniuria? cuiusmodi est apud D. Matthæū diuina conclusio ex precedentibus: Deus Abrahæ, Isaac, & Iacob Deus est: is non est Deus mortuorum, sed viuorum: viuunt igitur Abraham, Isaac, & Iacob. Addebam, à Triboniano multa prætermittā, resectaq;, quòd mixta pontificia eius tempestatis superstitione dudum exoleta, non in opinione simplici immortalitatis animæ, sed in huius à morte statu perpendendo aberrarent. Propè autem est, vt si iuri consonans esset præmora quæstio, ad pontificū nō purū ciuile pertineret. quin & hodierna obseruatione distinctis regionib; ea de re præcepta pōtificiis legibus proximiora sunt. At ille subtiliter fortè vt animā immortalem, ait, iubeāt phibeantye, Dixi minimè hoc

quidem, sed ius pontificum, seu sacrorum triplex antiquus, phisicum, ciuile, mysticum: prius & postremū sic medio connexa, vt à contemplatione naturali accepta mysticè exornarent, modumq; adhiberent: nostris moribus duplici genere contineri: prius, Theologiæ nomen vindicare: postremum, canonum ritum. vnde alij Theologi, alij Canonistæ nuncupari soliti, longa in dignitatibus differentia. teste Boer. q. 225. & de autho. mag. confi. n. 88. istos prohibendo, iubēdoq; ius facere: illos contēplatione, iuris condendi ansam præstare: eoque propterea fieri, vt quæstionem de anima priores indubitate præmiserint: posteriores suo velut iure vindicarint. vt tamen non indistinctè philosophos probē, sed philosophos theologos, eatenus à simplici naturalium philosophia mutuantes, quatenus ad disciplinæ suadendum id principium opus sit. Cæterum eò, subiunxit ille, necessaria demonstratio ab exteris voluminibus petenda iuris licet vtriusque consulto: qui vtcunq; potissimè in quæst. de animo versetur, qualis is statuentium, contrahentium, delinquentium, morientium fuerit: an & ea facti sint, quæ animo consistant. vt l. bonæ fidei. ff. de acq. re. do. Bart. in l. pro hærede. ff. de acq. hæred. an in iis quæ animo consistunt, magis spectetur veritas, quàm opinio: in l. is qui putat. ff. eod. attamen an ipse sit mortalis, an immortalis animus, obdurius videatur prætermisisse.

S V M M A R I V M.

- 1 Cogitatio cuius nulla sit ad actum praxi, inutilis.
- 2 Animi infiniti infinita quæstio.
- 3 Animus se non videt.
- 4 Anima quod ex se moueatur, immortalitatem non designari.
- 5 Immortalitatis à transmutatione consideratio.
- 6 Pharisaorum de anima opinio.
- 7 Immortalitas, aut potius perennis status in bruis nullus

nullus, prater speciei conseruationem generatione.

- 8 *Principium hominis & bruti apud Virgil.*
 9 *Principio eodem orta, diuersimodè tamen moueri ad immortalitatis quaestionem, & resurrectione corporum. & ibi, an anima sit facti, an iuris?*
 10 *Harmonia corporis quoad animam, consideratio.*
 11 *Anima immortalitas ab effectibus: & nu. 16*
 12 *Anima hominis à participatione cum aeris spiritibus deductio. & nu. 15.*
 13 *Figmenta Romuli, Numa, & Lycurgi quid ad immortalitatem.*
 14 *Quaerit nemo quod nescit.*
 15 *Animi ab anima differentia. & q. 13 nu. 4. & 5.*
 16 *Forma unica indissidui.*

QVÆSTIO XII.

Hic, ubi cogitatione paulo & mente moratum, redijt in præcordia differendi virtus: tum enim & à iuris autoribus istud quod agebamus suspicabar assequuturum. En igitur, inquam, etiam atq; etiam diu me torfit famosa quaestio, mihi præ his difficilis, quæ tametsi ardua, cõceptum animo palam sensibus subiiciunt, iisdemq; rerum naturam necesse commonstrant, puta medicinam aut. chirurgiã, pharmaci vim metaphysicam eclipsis diem, &

Quid tantum Oceano properent se tingere soles

Hyberni, vel qua tardis mora noctibus obstet:

vt ait Virgil. seu teste Ouid.

-- *Vnde niues qua fulminis esset origo,*

Iuppiter, an venti discussa nube tonarent:

Arithmeticam numerorum, Geometriam mensurarum modum: idemq; in similibus iudicium. Hæ perceptæ animo, ad actum, seu praxim dijudicantur: vt imò apprimè inanis ea videatur cogitatio, quæ praxi, aut effectui nullatenus emicare possit. & hoc est antiquitus acceptum verbum, virtutis laus omnis in a-

D

ctione consistit, & illud Horatij:

paulum sepulta distat inertia

Celata virtus.

- 2 In animi infinita controuersia id quæritur, an quidquam sensibus percipiatur, quod doctrinam ipsam exeat: an si non percipitur sensibus, dignosci aliunde queat, seu ab obitu, seu ante ortum, seu medio tēpore: cum non nisi animo id præstari possit. Atqui is cetera discipies, vt oculus, nō videt, nec nouit seipsum:
- 3 vnde & iure quæ animo constāt solo, soli Deo nota, nobis incognita dicuntur; vt scribit Marsyl. sing. 325. secutus Ioan. Andr. & Panor. & seipsum nosse, quam difficile sit, dignoscimus? Respondit, animum tamen dum alios perspicit, se velut in speculo nosse. Hoc autem & recte, quia adsit qui cognoscit, & qui cognoscatur. Dixi omissum verò in cognitionibus modū ex re, p quā quid cognoscitur. Animus, n. se effectu in se nobis, p sensus aperit: probantq; , nemine dissentiente, oēs Sed an mortalis, an contra sit, animū doceri p sensus & effectus, seuerioribus quæstitoribus difficili⁹ admissum. Iundè verò, respondit, manifestò; nam præter augurium quod inhæret mentibus futuri sæculi, ex se, perenni⁹ motu mouetur anima intellectiua, q sensitiuam mouet. Dixi: cogitarētne in animalib⁹ ceteris perennis itidem sit motio nec aliorsum petita,
- 4 iisdem. s. omnino organis, meatibusq; compacta, nexaq; exceptis reptilibus & maritimis, distincta tantū superficie, seu forma extrinseca, vt præter eā, vna eademq; via à sensibus ducatur idem omnium motus, vnde & Virgil. de iis post obitum cogitat,

-- *p.issimq; soluti*

Per campos pascuntur equi.

ait eodem quoq; libro apertè,

Multaq; præterea variarum monstra ferarum,

Centauri in foribus stabulant, Scyllaq; bisformes,

Pythagoras, naturæ non sordidus autor, veri⁹; , teste

Horat.

Horat. ab ea generali consideratione, generalem immortalitatem mutatione, seu transformatione reciproca censuit. necnon Ouid. suo Metamorphoseon opere: sic enim ille lib. 15.

-- *Cælum, & quodcumque sub illo est,
Immutat formas, tellusq; & quicquid in illa est.
Nos quoque pars mundi, quoniam non corpora solum,
Verem etiam solutes animas sumus, inq; ferinas
Possemus ire domos, pecudumq; in pectora condi:
Corpora qua possint animas habuisse parentum.*

Nescio an quia conijceret, tacita peracta elementorum in elementa resolutione, & translatione, de qua text. & gl. in ca. in quadam. de celebratione missarū. quemadmodum à reddito humi corpore, corpus aliud ali educive potest, miròque eo medio perennem obtinere statum, repetito proprio recurſu, vt apud Boët.

-- *secreto tramite rursus
Repetunt proprios quaque recurſus,
Redituq; suo singula gaudent:*

sit per inane aut tenues in auras euolatam animam, seu viuendi ætheræam quandam vim, in aliud domicilium corporeum transmitti, ab eoq; rursus æternis vicibus in aliud, quo aptius conſari alteri vim viuēdi par sit, q̄ reliquo circumfuso æthære sympathia media, qua facilius in similia fit transitus. l in rem. 6. item quæcunq; ff. de rei v̄dic. seu in symbolifantia, vt ait Ancha. cons. 423. quod dudū censuisse è Iudæis Pharifæos refert Iosephus de bello Iudaico. ca. 7. his verbis, Pharifæi profitentur animam omnem esse incorruptam: transire autem in alia corpora solam bonorum, citauerint. Sapien. ca. 8. ibi, & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum. extititq; eò, mortuo D. Pobello, ascitoque præfide D. Renato Castellario, id carmen,

Confidicū reddis Renato iura Popellm,

D 2

Quem putat hoc tumulo credula turba regi.

Hæc autem à morum, ingenij, & eruditionis similitudine figuratè sumpta ratio nõ necessaria. Etenim spiritus, ait Ecclesiast. vadens est, & non rediens. & merito cùm à priuatione ad habitum nõ sit regressus. not. in l. decem. ff. de verb. oblig. non in relictum corpus. nã cessat organorũ cõpositio susceptibilis animi: nõ in aliud corpus, id enim si iam viuit res proculdubio fit. l. si vt certo. §. si duobus ff. comodat. qua, in solidũ à duobus res eadem naturaliter possideri non posse ostenditur: sin secus, absurdum sit pro parte cuiusq;, quoad animam patrem alterum, alterum quoad corpus constituere. id enim regulis iuris repugnat, quibus res vna eadẽmq; diuerso iure censerì non debet, 7 no. in l. iam hoc iure. ff. de vulga. hoc autem absurdũ longè est, cùm & in brutis eò immortalitatem tentare profiteantur, quod absit præter naturalem generatione speciei conseruationem audiant, videant, sentiant, reminiscantur, ac futura quodammodo præuidere concedã, vt per sæpe sola oratione carere videantur: sunt functiones illæ naturæ, necessariæ ad speciei cuiusq; conseruationem, perennem hisce mediis in vniuersum, nequaquam in indiuiduo. Etenim inde altero progenito indiuiduo bruto, nec non corpore in homine, nihil ordini naturæ perpetuo conferebat, nõ interiturum vtrumq; statuisse: non interituram animam hominis interfuit, non minus, quam nec ipsum Deũ interire, cuius anima pars quædam est. Atqui equale principium omnibus promiscuè, ad cœlestem originem, mentemque diuinam refert Virgil. aureo 8 illo carmine:

Principio cælum, ac terras, camposq; liquentes,

Lucentemq; globum Luna, Titantaq; astra.

Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus

Mens agit at molem, & magno se corpore miscit.

Inde hominum, pecudumq; genus, vitæq; volantum,

Et

Et qua marmoreo fert monstra sub aquore pontus.

Igneus est ollis vigor, & celestis origo

Seminibus:

Verum autem diuina mens, ne dum hominē, aut brutum moueat, sed vniuersam mundi molem non est in omnibus agitatio eadem: ab oriente in occasum sydera, atq; ex iis quædam retroagit contrario motu: alia mense, alia anno, alia diuturnioribus seculis suis reuoluit circulis: alia cælo terraq; celeriore motione, aut cōtra tardiore, quā oculis perspici queat, vt in horologij orbibus, mouet: nec non & omnibus rebus viuis aut mortuis, quarum nulla est immobilis seu non crescens ad sui perfectionē vsque, seu non decrescens ad sui cum terra confusionem vsque. Sic est nec absonum, dici animalium alia præfixo à se, vt soli & syderibus, die, in desitutum mouere motum: alia in perpetuum. Rursum & mente sublata quædam corpora, vt nocte solem, hyeme fruges, statutis temporibus præsentare: vt

Quicquid sub terra est, in apricum proferat ætas.

quod inconsultò dixit Horat. sed eo consultò tamen anniuersariorum antiquitus institutio defunctorum gratia, argumento quippe cuiusdam redditus post anni magni circulum. Exinde diuersa in homine à bruto morio, tam longè lateq; distans, agendi, præuidendi, edocendi, ac cæterarum id genus functionum modis, alteri se desitutam, alteri se perpetuam aperit. Id, inquam, ab effectibus deductione optima: nam voluntas intrinseca, quæ & pro intellectu accipitur, per rerum naturam incognita, seu mortuorum, seu viuētium, effectibus, seu factō, seu verbo percipitur qualis fuerit. not. in l. duo fratres. ff. de acq. hæ. l. Labeo. ff. de sup. leg. l. si seruus plurium. in fi. de le. i. gl. Instit. de act. §. alia Propterea quæ animo clauduntur, tantum non esse facti possit defendi, cum de his factō aliquo nō appareat: vnde stat thesis ciuilis hæc propo-

fitum in mente retētum, nihil operari. in l. cū filiū ff. de hæred. insti. l. si repetendi. C. de cōdict. ob. cau. dat. facti autem tum dēniū, cū in factū id ea seu conceptum producitur, vt locus sit iuris quæstioni, q̄ non nisi ex facto oritur, interpretatione, ni fallor, p̄pria l. pro hærede. ff. de acq. hæred. l. bonæ fidei. ff. de acq. re. do. Bar. in l. 2. ff. de verb. oblig. cū aliōquin. quod ad ius ciuile pertinet, frustra sit differere, an voluntas, anve ipse animus, aut ea quæ solo constant animo, sint facti, an iuris: sunt enim quid neutrum, & vtriusq; causam præbet, vtcunq; variè ex rerum contingentiâ, id magis esse animi, illud magis facti iudicetur. Ad rem igitur, bene compositarum partium harmoniam in vtrōq; pro anima si ponas, accedam disputationis gr̄atia, eadem in alterutro diuersos cōcentus mouens; diuersos nimirum effectus huic, aut alteri præbet, subinde & diuersam, quoad immortalitatem, naturam indicat. nec me fallit seu etiam vtramq; a se moueri plerūq; velint, nullamq; harmoniā cytharæ, discrimina nulla vocū, partibus vtcunq; bene compositis, nisi adsit q̄lī:

Iamq; eadem digitis, iam pectine pulser eburno,
quod verbum est Virgil. namque id mortalium artificum proprium: quibus nihil, præter mortale & caducum, arte tentare immortalis, summusq; concessit opifex, cuius nulla hircum proportio est, seu motu, seu artificio, non magis quam finiti ad infinitum, vt propterea ex bene compositis partibus harmoniam ex se moueri, nullo alio afflāte instrumento, illi possibile statuisse; nostris negasse artificibus. Similitudinem igitur q̄ possumus, trahimus, vt si discrimina vocum, remoto pulsatore emitteret cythara, harmoniā animam diceremus; sic compositarum partiū in bruto effectus, quibus sentit, viuit, ac vegetat, animā esse probemus: sed eo cessante partium cōpositione cessare & animam. Nos autem apud iuuenalem,

Sensum

*Sensum à caelesti demissum traximus arce,
Cuius egent prona & terram spectantia: mundi
Principio indulst communis conditor illis
Tantum animas nobis animum quoque,*
petita differentia a functionum explicatione, quæ in
homine à sensibus ceteris animalibus communibus,
tam diuersa ratione emanare non possunt.

-- *mutuus & nos*

*Affectus petere auxilium, & prestare iuberet.
Dispersos trahere in populum, & migrare vetusto
De nemore & proavis habitatas relinquere sylvas.*
vt subiunxit idem Iuuenal. Accedat communis natu-
raliter insita ea de re opinio, curaq; etiam barbaris,
qui paulò minùs cæterùm à belluis differunt: dum a-
nima rationalis est, & immortalis paulò minùs ab an-
gelis. Accedat. n. hominum cum his participatio: at-
qui hæc inter impares prorsus non admittitur arg. l.
itè apud §. assidua. ff. de iniuriis eccl. cap. 13. vers. quid
communicabit cacabus ad ollam. Huiusmodi autè
rem habent occultæ, quam vocant, philosophiæ pro-
fessores, ac dudum trita de Apolline, Lyciæ fortibus,
Trophonio, & Ammonio scripta. Sed ea etiã si licet,
quæ ad nostra vsq; tempora mandarunt Plotinus, A-
puleius, & Apollonius. Accedat Socratis familiaris
genius, Cæsaris ad Rubiconè, & bruti in cæpis Philip-
picis. Accedat horù non ignarus Horat. eo carmine
Scit genius, natale comes qui temperat astrum.

Quin & distinctis regionibus proprium inesse geniũ,
apud Virgil.

*Incertus geniumne loci, famul' omne parentis
Esse putes.*

Et rursus euocatione huiusmodi,

-- *frondenti tempora ramo*

*Implicat, & geniumq; loci, primamq; Deorum
Tellurem, nymphasq;, & adhuc ignota precatur
Flumina.*

Ac etiam artificijs, quasi ab artifice, in hæc transfusis consuetudine operis: vnde id carmen Martialis.

Viturus genium debet habere liber.

Memorauerim, ne temere sacra præteream, singularem locum Danielis, c. 21. de angelo Perfatum principis & bonum angelum Thobix, malū Saul, & Iob, & in exteris Calanum præstolantem Alexandrum apud Babylonios, Cleonicem agitantem Pausaniam, aut eorum umbras, quas instantes sibi Catillum crebrò vidisse, refert Iosephus li. 7. ca. 31. de bell. Iud. Memorauerim quoq; ob futuram umbram Didonis desertori Æneæ apud Virgil. si nec hic deerit eo vaticinio:

*Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus Umbra locis adero.*

13

Succedant figmenta Lycurgi, Numæ, & Romuli, quæ summo tenus ore attingo, ac dico tum quod sentiret & adesse homini genium; huicq; haud longè ab similem animam, monumentis tradita aliis, velut re vera habita, alijs fictè quoad in vsu humanos expediret: vt de iuris fictione animaduertit Bar. in l. si is qui pro emptore. n. 67. ff. de vsucap. nec verò contemnenda in argumentum cogitatione, quasi tamen afflatis autoribus numine, mirabiliter a sensibus distractis specimen immortalitatis subueniret, quo agitante seu fatigante calcscerent, vt si nō præsens esset oculis quod quærent, esse quidem posse in rerum natura existimarent, eoq; probabiliter effingeret. gl. in l. 3. in verb. ea verò. ff. pro soc. arg. l. adoptio. ff. de adopt. Bar. in l. eandem rem. ff. de duob. reis.

14

Quis enim (ait Boëtius) quicquam nescius optet?

Aut quis valeat nescia sequi,

Quone inueniat? quis repertam

Queat ignotus noscere formam?

vnde & obtinuit circa incognita prorsus, voluntatem agentium referri, qualibet interpretatione iure prohibicum

hibitum esse. l. non est ferendus. ff. de transact. l. emptor. i. §. Lucius. & l. tres fratres. ff. de pact. l. fi. vbi Bal. C. de contrar. act. tutelæ. Itaq; cum superis mystica hæc participatio, seu sympathia, diuinis præbatur scriptis, præsertim pijsissima ea precatione Genes. cap. 48. Deus meus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem, Angelus meus bonus qui eruit me ab omnibus malis, benedicat pueris istis. cui Matthæi ca. 18. singularem locum subiunxero. Videte ne contemnatis vnũ ex his pusillis. dico enim vobis quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. & Act. apost. cap. 12. vers. Illi autẽ dicebant, angelus eius est. no. gl. in l. cognitionum. ff. de var. & extraord. cog. quam citat ex præmissa specie Benedic. in ca. Raynutius in ver. adiectæ impuberi. n. 45. de testam. At mihi ista cum brutis caducisq; spirãtibus in homine probari non possint communia, sed quidquam præter sensuum compaginem mentis capacius altæ huic subesse tãdò intra a brutis dissimile, quantò extera forma organorum modulis distat. vt graphicè Ouid.

*Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, celumq; videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

velut, opinor, naturali cupiditate postliminij. Sèntentia ijs proculdubio accepta, qui animi ab anima distinctione controuersiam dissoluunt: quiq; animam, harmoniam, seu concentum bene compositarũ partium dici omnibus animalibus volunt: eamq; diffinitis partibus dissipari itidem, non æquè animum, præterea hominibus solis concessum. At verò, eit Plácus, videamus an suspectam distinctionem faciat, quod positi istius animi vim ab anima, quam mortalẽ constituunt, istiusmodi pèdere obijcitur: vt in vniuersum seu in partem læsa anima, puta instrumentaliũ partium quadam, seu morbo fortuito seu pueritia, seu

senectute ipso effectu sit æger rudisve animus, huic memoria, illi iudicio, alij vtraque parte : vt apud Virgil.

Omnia fert ætas animum quæque:

Et Horat.

Lenit albescens animos capillus.

Vlp. in l. si non fortem. vers. nam plerūq; robur hominis, ætas, temporisq; opportunitas naturalē causam operarum mutat. ff. de condic. indeb. l. ob quæ. ibi. in quo sic animi vitium ex corporis vitio accidit. de ædil. edict. Auth. de non elig. sec. nub. his verbis, cū forsitan. & iuuenis hoc non patiat, hoc possit contra naturæ feruorem resistere. Lucas de Penna. in l. j. de Cōsulib. li. 12. C. latè de natura senum & iuuenū. Bal. in repetit. l. 1. col. 4. vers. sed pone robustus. C. vnde vi. sed eò perfectiores se suspicati sunt alij, si instrumenta quædam corporea tollerent. Is è philosophis testis est, qui erui sibi oculos curauit, quo cōtemplationi philosophicæ esset aptior. Atq; huic accedunt proximè, qui venerem simul cum virilibus præcidūt, quo minus à cælestium contemplatione auocentur. Sed diuersas eas facultates animæ, alimenta quoque instrumentis accepta, & circumfusis aër iudicant, si non alienum id fuerit Virgil.

*Verùm vbi tempestas & calimobilis humor
Mutantur vias, & Iuppiter humidus Austris
Densat, et ant qua rara modo, qua densa relaxat:
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt.*

Et Ouid.

*Carmina proueniunt animo deducta sereno,
Nos mare, nos venti, nos fera iactat hyems.*

- 15 Ecce igitur quia anima in brutis ordinata est series ad substantiam deducens, subsequenter & forma ex definitione Bal. in c. j. de no. for. fidelit. si eadē in homine cōstituitur, & quædam iam primū forma datur,

titr, deinde ab animo altera adiicitur contra rerum naturam, quæ rebus indiuiduis & vnici vniciam præbet formam, vt ex sententia Bald. vbiq; diuersa proponitur forma, diuersitas fit rerum. Exin & addubitationis nota relinquitur, si quemadmodum anime facultatibus, ijsq; desituris, potest augeri: aut imminui vis animi, velut earū pendeat ministerio: an his quoque sublatis possit interire. quia imminutio pars est interitus: ea verò totius ad totum ratio est, quæ partis ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vindicat.

S V M M A R I V M.

- 1 *Immortalitas anima à Mose petita.*
- 2 *Anima hominis non est Entelechia.*
- 3 *Animam ferri à sensibus.*
- 4 *Animam solutis sensibus sursum referri.*

Q V Æ S T I O XIII.

Percunctati igitur pertinaciter viro eo acutissimo, quid tandè vellem in controuersia: respondi, & me huiusmodi animarū cōcursum nō admittere, sed vnica, eandēq; immortalē perspicuè, si minus superiora satisfacerēt, ex omnibus probari à legumlatore Mose, mysticis verbis, quibus produxisse refert aquas reptilia animæ viuentis; & terram in genere suo iumenta & reptilia, secundum species suas. Sic est produxisse terram animam viuentem cum ipso animalium corpore, vt eadem arborum herbarumque animam emisit vegetatiuam, simul cum corporibus. atque eò, cum bruta animalia ab elementis sumpserint animam, iisdem eandem recurrere vnà cum corpore, nihil mirum. Animam hominis non eodem fonte petitam subiunxit Moses, his verbis referens opificem: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & paulò post is ipse Moses explicat, Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Distinctè rē aperit. nequaquā. n. terrā produxisse hominem docet: sed Deum de terra, quia

corpus terrenum esse seu à terra mutuatum intelli-
 geret: mentem verò diuinam, seu à spiraculo diuino,
 quod in corpus è terra compactum, necdum mobile,
 insufflatum est. Tunc igitur factus est in animam vi-
 uentem, diuersimodè à brutis, quibus spiraculū Dei
 minimè immissum extitit, sed his vnà cum terra in-
 natum, iussu vtcunq; Dei. Atq; hinc animam homi-
 nis, non partium corporis entelechiam aut harmo-
 niam probat Moses, quod in brutis exquisierat, verū
 ipsum Dei spiraculum in partes cerporis compositas
 2 infusum. Consequenter quia non ex interituris pro-
 manat partibus nihil proponi quid interiturum cum
 hisdem partibus suspicemur. Non distinxit Moses in
 homine animum ab anima, cū tamen locus ille ef-
 set aptissimus: sed animam in cæteris animalibus de
 terra terrenam esse exceptam, eandemque mobilem
 compositis è terra sensuum meatibus quibusq; quo-
 dammodo loco salis esset, ne putrescerent: animum
 vero homini spiraculum immissum, rationale, & im-
 mortale. Non igitur distinxit, prouidus alioquin de-
 fituri status controuersiam relinqui posteris, obfun-
 ctionum iisdem principijs petitam causam, seu ne, si
 istius animi ab animam materiam præberi motionis
 constitueretur, dubitari posset, quod iam argumento
 deduximus, an, quemadmodum anima, quæ in bru-
 tis à compagine sensuum mouetur, interit vnà: Hic
 etiam animus accepta ab anima motione simul inte-
 reat. Sic ordinatè diuinus Moses procreata primum
 sensuum organa describit, eademq; immobilia post-
 modum immissum spiraculum, seu animam viuente,
 quæ confestim massam mouit susceptis organorum
 suorum locis, non prius in vitam, quam in rationem,
 vt vnà eademq; fuerit, quæ vitam & rationem simul
 terrenæ massæ conflaret. At quidem sufferretur à sen-
 sibus his infusa, seu elementaribus partibus, easq; ve-
 getatiuas qualibet faceret, moueret & agitaret: mo-
 ueatq;

ueatq; & agitet, dein & corporibus cæteris humanis infusa, no. can. Moses tradit. 32. q. 2. non aliter quam primæuus spiritus, à quo decerpitur, habita de vniuerso cogitatione, totam molem infusus per artus agit. Sensus igitur hominis anima mouet, sibiq; obsequentes vrget secundum subiectam materiam. in l. quod meo §. si venditorem. ff. de acquirenda poss. suusq; tunc propriè homo dicitur, seu sue mentis. l. Fulcinius. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. Sed demum imaginatione, iudicio, & memoria insignis, intelligētias longè à sensibus separatas perpendit, mira huiusmodi, molitur, spiratq; immortalitatem perpetuò: iis autem nihil cum simplici natura sensuum cōmune est. Quid tamen cogimur, qui ea rōe duplicem effingamus animam animæve additum annum, quod à Iuuenal. memoratū est eo versi. *nobis animum quoq;* seu verò magis, quàm in sufflationem quamlibet in organa quæ diuersos concentus faciūt, duplicem aut triplicem non dicimus, sed eandem, diuisa sui potestate ac vi in partes. l. rerum mistura. versi. tria autem genera sunt corporum: vnum quod continetur vno spiritu, vt homo. ff. de vsucap. Doct. Bart. tractatu de alueo. in verbo. quod si. mi. II. & 12. vbi distinguitur quoddam corp^o animatū esse anima sensitina, vt bruti: quoddam anima intellectiua, vt hominis: non obscure vnica constituta vnicuique sua anima in partem substantialem sui. Cæterum à summo æternòq; spiritu emanatum eum hominis spiritum, seu animam, vt meminit quoq; gl. in auth. de monachis, in verbo, secundum mentem id primū oportunè sequitur, quòd proximè ad parentem accedens mirabili variæque rerum occultarum cognitione, rōe simul & oratione viget, sentit, meminit, præuidet, regit & moderatur minorem hunc mundum, corpus cui præponitur, vt maiorem mundum Deus, tum demum læsis sensuum illo aut altero, animæ substantiam non affi-

ci: nec verò aliquatenus diuidi, cùm sit incorporea, in glos. fin l. i. ff. de re. diuis. & tota in toto, & tota in qualibet parte, apud Conna. li. 4. ca. 9. nu. 13. sed eam tantummodo vim, quam corpori per læsi sensus proprium organum suppeditabat. Deniq; & sequitur his penitus dissolutis, velut hospitibus, animam sursum suapte natura ferri, ac teste tandem Eccles. ca. vlt. ad Deum qui dedit illam, velut huius partē quoq; prodi: vt licet quæ maximè hæserit sensibus, terrenique plura concreuerit, grauius tardiùsque: ocyus minus corporea minùsque terrestris, ac cui illud Ouid, conueniat.

Felices anima, quibus hac cognoscere primum,

Inq; domos superas scandere cura fuit.

Sed hæc de anima I. C. fatis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Testes, post didicita testificata, an admittēdi: § n, 3. an rursus interrogandi officio iudicis, nu. 5. eo.*
- 2 *Minorem non restitui aduersus non productionem testium.*
- 3 *Instrumento producto, recipienda est super fide instrumenti probatio.*
- 4 *Conclusum proprie, nec in causa criminis, nec in causa matrimonij dici.*
- 5 *Articuli noui positio, seu ipso iure, seu literis principalibus.*
- 6 *Probatio per rei euidentiam.*

QVÆSTIO XIII.

IVris vtriusq; interpretibus ex authē. atqui semel. C. de probat & Clement, testibus ritè perceptis. de testib. vulgaris est praxis, post nota dicta testium, de nouo omnem eorundem, aut aliorum testium in eadē aut appellationis lite, super iisdem, seu directò contrariis articulis productionem negari. Est autem sententię optima ratio. nam vbi instructam testationem præter spem quis defecisse viderit; facile, ne suo periculo

culo exitum expectet iudicij, subornatos testes asciturum eum probabile est: idcirco potius quod publico auditorio disceptabatur, 20. Augusti. 1569. inclinante D. Pobello, circumscribendus litium finis aliquis, ut præ autoritate iudiciorum, Itemq; ne secunda productione concessa indefinitè, eadem ratione in aliarum turbam fiat concursus: nec restituendus sit minor ea specie. l. properandum. in si. ff. de iud. l. minor 25. annis addito. ff. de minor. gl. in auth. de hære & Falcid. §. pupillis. Nec obfuit præmonitum ex aduerso id Pauli responsum, minor. 25. annis omisam allegationem, per in integrum restitutionis auxilium, repetere potest in l. minor. & l. & si sine dolo. §. item & in e remodiciis ei subuenitur. ff. de minorib. quia præter partis iniuriam ob paratissimum subornationis locum cæterum processuram legem Pauli concessum est. verum secundum ea quæ proponerentur tutoribus, aut curatoribus pupilli, aut minoris, negligentiæ, aut doli quæstionè referri. l. arbitrio. §. si cuius dolo. ff. de do. Res tamen hæc temperari solet ex ça, series. de test. Alex. conf. 213 vol. 2, Mathesl. sing. 40. nu. 15, si instrumentum huiusq; in fidem testes producantur. quia concessa ipsius instrumenti editione videatur & consequens necessarium datum. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. ca. ex tenore. de test. & Bart. in d. auth. atqui semel si noua productio, quæ antea præuideri nõ potuit, indirectò pbata ab aduersario, tollat: ut si mulier pbasset matrimonium cõtractum, vir contractum addidisset, sed non substitisse, quod prius altera in vrbe duxisset: mulier aptissimè audiatur: si virum eo tempore vrbi nequaquam commoratum se edoctrum testibus contendat. Sic eo exemplo Crauet. conf. 74. si iudex aut falso, aut aliter perperam testationes scripserit, aut quod abunde explicat Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone. limit. 1. nu. 10. ff. de verb. oblig. si vtiliter recepti non sint facto iudicis. Guid Pap. quæst. 585. excipit

hanc speciem. Constituerat actor rem valere centum post didicitam testationem reus valere centum & quinquaginta ponit. probationem admittit ille, quasi articulus suscequens duntaxat diuersus, non contrarius sit. Dico simpliciter longè constitutã speciem, ac quæ vix contingat. nam actor rem centum valere ponit: reus negat: seu probauerit actor, seu nõ probauerit, quid reus centum & quinquaginta valere edoctrus est, cum centum valere iam negauerit? sic enim constituenda negatio, quæ probationũ ansam dederit. quia igitur id negauerat reus, frustra demum nota testatione contrarij, probationem in centum & quinquaginta tentet. Eam verò iudicij praxim subtilius habet Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. nu. 281. vbi & variato agendi modò formãve, nouas admitti probationes, singulariter tradit ad ca. veniens. & cap. cum causa, de test. Bald. in l. si quidem. C. de excep. seu præscrip. in causa matrimonii, testes quoq; post didicita testificata admittit, & rectè: cum illius iudicij sententia nunquam transeat in rem iudicatam. cap. tutor. de senten. & re iud. cap. fraternitatis. de frigid. & mal. quod ipsum criminali causæ cõuenit. autore Panor. in cap. cum tu. de test. arg. l. vni. §. reus euideniorib. ff. de q. vt nec conclusio partis sit necessaria. nanq; ait Bald. conf. 119. vol. 2. lex concludit. quibus subsequenter publico auditorio accusato ac damnato priore iudicio, post didicita testificata præfixus est quindecim dierum terminus, intra quẽ de purgatione criminis probaret. sanctissimè præsertim in ea criminali causa, coarctandas non esse probationes Senatus censuit, ex cap. quoniam vt lite nõ contest. can. quanquam. 14. q. 2. l. ne quid. §. de his. ff. de incend. ruin. naufr. Nec prætereo, tametsi id vulgare, a Boër. dec. 352. lapsõ productioni testium indicto die, non aliter admitti nouam probationem, quàm iurauerit petitor nouiter sibi notos testes. Sed ante diei

diei lapsum alternata productio acceptatur à iudice, sic & articuli positionum apud Bart. in l. per hanc. C. de temp. & repar. appel. quod huiusce curiæ stylo ad, actum vnicum, in causa appellationis limitari obtinuit. Si verò econtrà literas principales petitor obtinuerit, aut post didicita testiñcata, aut fortè post cõclusionem in causa, nouerum non tamen contrariorum articulorum potestaté: in expensis primùm damnari eum, sed iis speciatim quas necessariò probãdis articulis contrariùs facturùs est aduersariùs. Neque enim inultam prorsus, spretam iudiciorum formam, Senatus voluit. not. quoq; Crauet. conf. 134. num. 49. Porro testes denuo interrogari priore instantia, post notas testationes postulante aduersario, habet glos. in cap. cum Ioannes. de fi. instrum. & Bart. in authen. de testib. §. quoniam verò. num. 23. & 24. non vt addat testimonio, sed huius rationem aperiant. Cui bono & officii iudicis erit, iteratò nemine postulante audire testes. cap. cum clamor. de test. ibique per columnas Innocent. & Panorm. Alex. conf. 238. vol. 6. Papiens. form. libel. opposit. cont. test. in ver. sunt qui. num. 11. aut per inspectionem rei petitiæ exactiorè instructionè petere quæ probatio nulla à parte iudicij pulsam eo patitur, quòd, vt disertè publico auditorio suasit Charpineus, dum semper apparet, sese ipsam semper probat, seu sese qualis sit indicat oculis in quibus probatio rarissimè fallax, præ cæteris cetta est. citabat illud Plauti,

Pluris est oculus testis vnus, quàm auris decem,
Bal. in l. si quis testibus. in fi. C. de test. Ro. in l. si verò, §. de viro. nu. 55. ff. sol. matr.

S V M M A R I V M.

- *Syllogismi cum iudicio collatio. Et de syllogismo caprioso, quæst. 46.*
- *Testis in sui causa cur esse qui non possit regulariter.*

- 3 *Testi præ autoritate & existimatione deferendum plurimum.*
 4 *Iureiurandum reo, in auctori deferendum.*
 5 *Testis, si sua non interfuit, fidem habet, huiusq; rei species.*
 6 *Proxenetæ à testimonio repellendus.*

QVÆSTIO XV.

- 1 **I**udicium auctore, reo, teste, & iudice cõstituitur. 4. q. 4. cau. 2. seu ait. gl. in ca. forus. de verf. sign. vtrolibet triplicis probationis genere, teste, instrumento, & cõfessione rei. Cuius sententiæ explicatio est, vt dum auctori reum contradicentem facimus, cuiusmodi est totius iudicij substantia, media probatione, velut argumento syllogismi, ad sententiã, velut conclusionem, acta deducantur, Sic dixerim iudicem non aliter, quàm syllogismi cõclusionem inter maiorem & minorem. s. inter auctorem & reum, diiudicare ex probatione media. id etiam subsequenter esse quid in re propria in iudicio dicendi testimonij facultatem auctori iura submouerint, seu honore, seu probitate pfulgeat: diuina, Ioan. ca. 5. ciuilia, l. omnibus. l. iurisiurandi. C. de test. ac ne aliter nullæ essent partes nec iudicis nec testis, sed hæ omnimodo in auctorem transferrentur, qui ipse sibi ius diceret ex arbitrij sui formula, & iudiciorum & disceptandi peruersa confusaque serie, vt in l. vni. C. ne quis in su. caus. iud. Nec me fallit Phauorinum philosophum apud Aul. Gell. ca. 2. li. 14. Noct. Att. auctorem de se dicentem prætulisse, qd reo melior esset, seq; eo iudicatu solutũ scripsisse, quod iurasset sibi non liquere. Etenim quãta fides te sibus adhibenda sit ex dignitate & existimatione, nec minimò conferre arbitror, ex l. testium. ff. de testib. & d. l. iurisiurandi. Alterutri autem parti, de se dicenti in propria commoda, quibus naturaliter trahimur ac decipimur, cum oēs sibi melius esse malint quàm alteri, fidem datam in iudicio nõ memini me legisse.

Quod

Quòd si aliæ proponatur coniecturæ, q̄ ad delatione iureiurandi cōferant: vt si actor planè probauerit tuum, reus semiplenè non contrariam, sed diuersam exceptione solutionis: deferri iureiurandum reo scribit Guid. Pap. conf. 34. Panorm. in c. in nostra. de test. Atqui multò idem ipse congruentius in ca. si. de iureiur. num. 10. ex ca. 1. de consuet. rect. feud. vers. tunc. secundum q̄ iudici melius visum fuerit, iudici arbitradum committit, diligenti inuestigatione habita perspectæ vitæ vtriusq;. Quin et si actor semiplenè probauerit, reus nihil e contra præstiterit, verum ex iudicio morum, fide dignior sit. Iason in l. admonedi. in prin. ad iureiurandum necessarium, reum vocat. Quæ iuris interpretatio non in subtilis, ea rōe nititur, q̄ quilibet ipsa natura ac iuris præsumptione, omni obligatione solutus sit: vt facile actori semiplenè probanti, ob sit & rei probitas, & generalis libertatis præsumptio, quibus in suam fidem iureiurando firmatâ deducatur iudicium. Diuersa actoris cōsideratio: si præter actionem nihil quicquam præstet, omnem ei seu assertionis simplicis, seu iurisiurandi fidem adimit. Planè in re sua, si sua nō interfit, datur fides testi alioqui probatæ famæ, vt præsentit Ouid. 3. Trist. eleg. 10.

Vix equidem credat, sed tūm sint premia fulsi

Nulla, ratam debet testis habere fidem.

& Arrianus in l. non oēs. vers. & si bonus miles antè existimatus fuerit, propè est vt affirmationi eius credatur. ff. de re mili. Inno. in ca. inquisitione. de accus. Socin. conf. 28. vol. 3. Aret. conf. 71. quem etiam in causa criminali refert & sequitur Craue. conf. 220. nu. 18. atq; ex ea specie publico auditorio. 17. Maij. 1569. receptum est venditoris testimonium, quo alterum ex emptoribus duobus, p̄ altero fideiussisse tractabatur. Referunt & in hanc classem si interfit testis immediate tantum, vt vniuersitatis cuiuspiã, aut percōsequentiam, fortè legatarij in testamenti, clerici in rei

Ecclesiastica q. 6. legatariis. Inſtit. de teſtam. & per Felin. in ca. inſuper. in ſi. de teſt. Bald. conf. 405. vol. 1. ca. cùm mutuus. de teſt. cui⁹ ex tempore D. Popellus meminit, & Alex. conf. 99. vol. 5. Angel. ſing. exemplo ornat, in 6. ſed neque. Inſt. de teſtam. quo ex loco maxime admittantur vniuerſitatis teſtes in huius cauſam ob modicam ſingulorum vtilitatem, modicamq; vt plurium ea de re in ſingulis ſolicitudinē vulgi, quod potius ſcinditur incertum ſtudia in contraria, vt ait Virgil. At velim tamen obſeruari perpetuò, an veriſimilia teſtificentur, aliisq; cōiecturis non aliena, tum & iidem vniuerſitatis teſtes, tum & in re alioqui propria: quod exemplis. Craueta explicat. confi. 275. n. 9. a marito qui ex pecunia mulieris fatetur emptū prædium: à patre profitente ſe à filio pecuniam percepiffe: à prælato quempiam inter benemeritos annuerante. Proxenetam abſolutè excipiunt Ant. de But. & Inno. in c. dilectorum de teſtib. cogen. quos ſequitur Alex. conf. 212. nu. 27. vol. 6. quia, inquit, præſumitur quòd affectet cōpleri illud, propter quod laborauit, & quod non imputetur ei q̄ cautè ſe nō habuerit: exceptionē ſublimitat in caſu ſimonix, per cap. mediatores, per quos ſcelus ſimonix plerunquæ committitur. de teſt. in 6. ait Pontifex in deteſtationem criminis, ſi non agatur criminaliter, ſed ciuilitè, & emolumentum exinde nō fuerint aſſequuti. quod eadem ratione ad cauſam uſurariam protraxit Bal. in l. dictantibus. C. de teſtam. probatq; praxis, ſi tamē plures teſtes ſint, hiq; ſe non in ſui commodum teſtimonium dicere, ſacramento adhibito proteſtentur.

S V M M A R I V M.


- 1 *Linea, quid.*
- 2 *Gradus, quid.*
- 3 *Linea masculina & feminina, quid.*
- 4 *Linea masculorum, linea faminarum duplex.*
- 5 *Subſtitutionis primogeniti primogenito in linea masculina.*

- 6 *Linea interruptionis disputatio. § nm. 8.*
7 *Causa causa, causa causati est.*
8 *Distiones à, ab, de, proximam causam referre.*
9 *Vinco vincentem te, te igitur.*

QVÆSTIO XVI.

Linea est quantitas continua, cuius partes copulatur puncto, qui vnus idemq; numero finit partem alteram, & alteram incipit; eoq; sit communis terminus lineæ. Quæ ratio accepta à physicis, in vsus ciuiles, disciplinæ exemplo aptatur, vt ab abauo in filium ducatur linea, cuius punctus sit auus. nam eo medio filius & abauus iunguntur, vnitis duabus lineæ partibus. Gradus si plures constituentur, eadem ineunda computatio, vt quilibet gradus punctum faciat, quod recta extrema sese contingant, eandemq; omnino constituent: puta lineam ascendentium & descendentium: in qua propterea ob sanguinis identitatem, si ita dixerim, nulla permessa sit matrimonio cõiunctio. At dato puncto, principio lineæ, duplex hinc deducenda continuatio lineæ, altera masculorum, altera foeminarum: quarum inter se prioribus gradibus, puncto communi proximioribus, sit agnationis potissima ratio: nimirum quemadmodum Geometrica demonstratione, lineæ puncto quo prodeunt proximæ, quo minus distant, tantò distat quantò plus processerunt: sic & post gradus multos, nulla cognatorum iura consistunt, ab initio vt licet maxima. l. non facile. ff. de grad. aff. Lineam masculinam dicimus, collectionem masculorum: contra foemininam, collectionem foeminarum, ab eodem stipite descendentium. Rursum masculo duplex est ascendentis lineæ, nam si quis mediãtibus masculis hunc refert abauum: mediantibus foeminis, puta matre & auia, referet abauiam. hinc habet parentes proximiores duplices,

partē & matrē Remotiorū quadruplex est persona, pa-
tri pater est & mater: matri item pater, & mater: hi Ti-
tio dicuntur auus, & auia, quorū quilibet si duos pa-
rentes dederis, 14. ascendētes Titio facias, idemq; de
ceteris ascendētibz iudicium. vt patre superiores pa-
terni; matre, materni vocentur. ad rem autem de suc-
cessione abauī hi gradus constituebantur.



- 5 Is donatione cauerat rem ad Mæulum primogenitū
peruenire, & eiusdem primogeniti primogenitum in
infinitum: & deficiente linea masculina, ad primoge-
nitum & propinquiorem in gradu succedendi mascu-
lum, & primogeniti primogenitum de linea fœmini-
na a se descendente. Decessit abauus prior, deinde a-
uus Titij: tertio matertera magna: postremū dona-
tarius

tarius Mæuius, instituta matertera Titij, ipsiq; donatario ex sorore nepte. Ab ea fideicommissum Titius postulabat. Liti accessit Seius, seq; donatione contineri coniciens, quod esset de linea fœminina descendente ab abauo, idemq; masculus, quorsum oïa verbis fideicommissi conuenire viderentur: cōtrā quoad Titium interruptam lineam fœmininam, ob huius aut qualitatem masculam. Respondi Titio duas omnino inesse lineas: alteram, qua recta ad abauum paternū, alterā, qua ad abauum maternum deferatur: vt cū illi necesse sit abauum maternū constituere, nihil impediat aui qualitas mascula. nā seu esset auia, nihilo magis aut minus prior abauus esset maternus, quia alio deficiatur vocabulo: nec præter duos ascendentes, duos item descendentes modos ius posuerit, vt præsensit Alex. conf. 43. vol. 3. ab abauo paterno, aut maternā lineā alterutrā eo meritò dinumerās, q̄ causa causę, sit causacaufati. l. & si amicis. ff. ad l. Iul. de adult. Superfuit aduersario dixisse, nō immediatè in linea abauī materni cōstitutū, sed intermedia persona aui: a quo potius & ppriissimè initiū linea fœminina sumpsit præmissa hypothesi, q̄ dictiones à, ab, vel, de, causam proximā referre, autorem citabat Alciatū in l. Gallus §. & quid si tantum. de li. & posth. Cōcessi maiorem syllogismi propositionē, id licet regula iuris necessaria non vrgeret: at cōcessi tamen, cū præterea abauo Titium proximiorē prænotarem: vt qui, excepto gradu vnico. s. matris, eundem abauum attingeret agnatione: Seius duobus intermediis. iā. n. sedum patrem, sed auum exterum alienumq; à familia abauita referebat: subsequenter, per gradus prædilectos minus ad abauum cū ascenderet, tardius admittendum. Mihi igitur persuasum esse nō potuit, imputari actori quod graduum collatione præcelleret, ab eoq; peteret originē, q̄ si viueret, aduersarium proculdubio excluderet, quid enim, dicebā, testator

intermedij casum non distinxerit, præter rem distinxerimus? Præterea sic agebam, cum Titium donatione superare materteram concederet Mæuius, eadem rōe eum quoque victurum à Titio quòd non posset aliter materteræ præferri verbis donationis, quàm si is de linea fœminina abauū concederetur. sed illud fore ridiculum, in huius tantum præiudicium, linearū effingere differentiam; id enim pro parte inciuile. Itaq; submota vulgatissima agitatione, an nepos ex filia filij, præferatur nepoti ex filia filix: vt licet quæstionis diffinitio cōferret Titio, obtinuit is primogenitus, quia explicitè abauus primogenitum vocasset, arresto lato vlt. Augusti. 1580.

S V M M A R I V M.

- 1 Genus quid sit. quid differat à specie, in iure, & apud physicos.
- 2 Generationi plus, minusue, masculus an fœmina conferant. & nu. 3.
- 3 Familia nomē quid in masculo manere obtinuerit.
- 4 Matrem filio ab intestato fortè non aequalem cum patre successionem dandam.
- 5 Testatorem, quod natura constituitur, uoluisse par est.
- 6 Excluso uno, omnes videri exclusos inde descendentes, quod exemplis, & rationibus illustratur.
- 7 Masculorum qualitas quomodo repetita intelligatur.
- 8 Fœminam, finem lineam masculinam, facere principium suæ.
- 9 Testatorem priori se dispositioni conformē potius, quàm iuri reddidisse, præsumptio est.

Q V Æ S T I O XVII.

- **S**ED si cū amico Aymone de Fabrica, cuius res versabatur, iuuat vsq; morari, parumper siste lector, videamus ex quæstione quid sit genus, quidve illud
 ● liberi ad patrem referat. Genus dicitur generationis
 princi-

principium, seu familiae. At verò principium quoad rem de qua agitur, ne ab Adamo promiscuè dinumeratio fiat. Sic est diuersa huius generis in iure à logica acceptio. nam animal genus est hominis & bruti: sed illud genus tangi non pòt solæ cogitationi herès. Iuris verò genus palpatur, & vnico indiuiduo subsistit, illud speciebus, & species indiuiduis: vt si dixeris animal continere hominem & brutum; hominem, Papinianum & Vlpianum? brutum, Buchephalum, Pamphagum. atq; hi cum posterioribus genere conueniunt, specie differunt; sed inter se priores, ac inter se posteriores specie conueniunt. gl. in l. j. ff. si pars hæred. petatur. sed dein priores inter se, posteriores inter se, vt indiuidua proprietatibus differunt, quarum collectio in aliis non sunt eadem. Accipitur & genus p toto, & species pro parte. not. Iust. de iur. nat. gē. & ci. §. plebs. trahitur quoq; ad ipsa indiuidua à genere p manata in l. j. ff. de iur. immunit. idem in libris diuinis, vt Act. Apost. c. 17. ibi, Genus ergo cùm simus Dei. sic & apud Virgil.

Hic genus antiquum Teucris pulcherrima proles,
 & species pro indiuiduis vsurpatur, & pro forma rei. in l. si ipsa res. ff. quod met. caus. l. Iulianus. ff. ad exhib. Itēmq; obseruatione in iure vtilissima fit generis acceptio, pro rebus quæ constant pondere, numero, & mensura: species pro vnico corpore, in l. 2. §. mutui. vbi Bart. ff. de reb. cred. Ex quo est differētia, si species certa detur pro specie vt permutationis vim habeat: si genus pro pecunia, quæ item, quia continet plura indiuidua, genus est, vt decem corbes frumenti pro florenis decem; sit emptio & venditio, cùm sit genus diuersum multò vtrinque, sed vtrinque conueniunt in cogitatione ponderis, numeri, & mensuræ: vnde vtrinque transferri dominium necesse est: quod regulariter emptori expedit, cùm perpetuò genus tradat, scilicet pecuniam, propter cōfusionis ac cōsumptio-

nis facilitatem, quæ vindicationem longè impedit. Sed de his Iaf. in d. l. 2. Bart. in l. ex empto. ff. de act. emp. in l. vbi autè. ff. de verb. oblig. Angel. Inft. quib. mod. tol. oblig. in princ. ad rem autè vterq; licet masculus & fœmina generationi conferant, ac neceffe, si philosophis Ægyptiis antiquioribus credim⁹, & Bar. in l. iurifgentium §. quinimò nu 17. ff. de pact. singularim cuiusq; est propriū, illius, semen præbere, istius, excipere, radicibus figere, fixumq; fouere. l. quæritur. vers. maximum & præcipuum munus fœminarū est, concipere, ac tueri conceptum. ff. de ædil. edic. exemplo sit paulò diuersa rōe primæua fœmina terra, cui, Cerere artis inuentrice agricolam immittere semen oportet. Sit autor diuinus Moses, à primo viro primā fœminam excipiens, non à fœmina virum vix enim fiet, non indè acceptum vati à viro sementē peti, seu materiā ex qua: præsertim dum sollicitè subsequenter mysterij non immemor passim in paterno nomine & masculis ius familiæ conseruari: præclare aperiens nature in generatione munus mariti præcipuū, coniugis remissius, vt non obscure quoque Virgil. eo carm.

*Tum pater omnipotens fœcundis imbribus ather
Coniugis in gremium lata descendit, Et omneis
Magnus alit magno commixtus corpore fetus.*

Eccè enim versatile cœlum, mariti velut fungatur officio, describit, vario rerum genere fœcundata tellure, infusoq; semine, sed hoc amplius fœtus alere quædam Bald. consil. 299. volu. 3, vbi venerem placidissimam vocat. & non ineongruo loco, sine patre, filium iure non dicimus, at dicimus sine matre, arrogatum: sed & adoptatum ff. de capti. l. diuus not. gl. in l. ab hostibus. ff. ex quib. cau. maio. Quin etiam assentiūt naturaliter oēs masculis in quibus generationis præpotentiæ ergò infusum excogitent nomen, semē seu sanguinem, eoq; animæ sedē ipsam mirabili naturæ ordine

line: in fœmina verò refolutum semen patris huc vs-
 que decursum, nec esse quò progrediatur vltra nomē
 & familiam alienā subsequuturi liberi. At nescio an
 ab intestato, præter nimiam mulierosamq; indulgen-
 tiam, commune id votum represserit Iustinianus, po-
 tissimè quòd in partu non eandem partem matri de-
 derit, quam patri: omnia huic, præter triennij onera,
 cum partu ipso indixit: matri intra triennij tantum.
 vt impune seuerioribus, ni fallor, moribus relictis li-
 beris, suaq; destitutis penitus substãtia, in l. neq; ma-
 ter. C. de iure dotium: aut secundas captent nuptias,
 aut seorsum degant. Quid si igitur diuersa sit onerũ
 ratio, diuersam quoq; successionum rōnē non profi-
 teamur, non intelligo, at enim diuersa illa onerum
 partitione, diuersas naturales functiones quodãmo-
 do præuisas coniicio: in ictum tamen lapidem incuf-
 sum, præter votum defuncti patris, quem statuisse q̄
 ipsum natura statuit, seu naturæ recursum, quod fa-
 cilè probari solet, vt apud Bald. conf. 137. vol. 2. sup-
 plendum satius fuerat, vocatosq; masculos in infini-
 tum, memoriã nomenq; defuncti asseruatuos: quos-
 que sola fati celeritas vocasse impediit. Accedit natu-
 ralis obseruationis id mirum, vt & prædilecti mascu-
 li filiam, propriæ exclusæ filix filio prætulisse censeat-
 ur. sit. n. hic masculus à familiæ alienus est, filia in fa-
 milia, licet nasciturus ab ea alienam familiã sortitu-
 rus sit. sic fit naturali imitatione, excluso vno exclu-
 sos & oēs inde descendentes. ex l. si vna. C. de bo. mat.
 Bart. in l. 2. ff. ad Terryll, Decius in l. illã de collat. &
 conf. 414. Ang. in §. reliquum. in Auth. de hæred. quæ
 ab intest. Bal. in auth. sed & si quis. C. de secun. nupt.
 Alex. conf. 29. vol. 1. Huc quoq; pertinet quod Boër.
 decis. 142. nu. 17. notat ex Alex. masculos descenden-
 tes ex masculis, exclusuros masculos descendentes
 ex fœminis: quò nimò nepotes ex filia filij, exclusuros
 generaliter nepotes filiarũ. nec alien⁹ est Bal. in auth.

si quas ruinas. C. de sacros. eccl. Cast. in d. l. illam. n. 9.
 Sic & filia filiarum exclusæ sint, si proprias filias testa-
 tor excluserit, autore Baldo, quem refert & sequitur
 Decius conf. 304. & 514. ea singulari, nec prætereunda
 constituta specie, qua substitutus duobus; si sine libe-
 ris decesserint, excludit filiam alterius ex institutis,
 cum propriam filiam pater hæreditate submovisset,
 aut instituisset particulariter, maximè, ait, si substitu-
 tus agnatus proponeretur. Huc quoque pertinet dis-
 ceptandi locus ex l. qui filiabus. de leg. j. Qui filiabus
 ait Vlp. legavit, si mentionem aliqua parte testamèti
 posthumæ fecit, videtur in filiarum legato & de post-
 huma sensisse. Quo ex loco, in quæstione innumeris
 tractata ambagib⁹, dico, si masculorù qualitas per-
 sæpe repetita sit testamento, vt appareat eandè prorsus
 testatori acceptam, admitti substitutum qualem-
 cunq;: quia haud dubiè à testatoris voluntate scemi-
 nina conditio aliena deprehendatur, tum exclusione
 propriæ filia ab institutione, tum à gradibus ceteris:
 vt & consequenter prorsus hæreditate submotam eã
 cogitauerit: qui sit intellectus mensq;: l. j. C. de cond.
 infer. cõtrà si exclusa simpliciter filia, filium instituis-
 set, eiq; sine liberis decedenti substituisset. nec enim
 hoc sequitur, multò magis testatorem sensisse neptè
 exclusam, cum exclusionem expresserit in filiam ge-
 neraliter, nepte in conditione relicta; quæ idcirco ge-
 nerali comprehensa formula, eò præterea substitutù
 superet, quòd à prædilecto trahat originem. argum.
 l. Publius. ff. de condit. & demon. seu sic apertius, cum
 institutù prædilexerit agnato substituto, & instituti
 descendentes prædilexisse videatur. nam hi utique a-
 gnato proximiores sunt, seu masculi seu sceminæ; cõ-
 statq;, filiam, filij per virilem sexum & ipsam auo iun-
 gi, seu per lineam masculinam, diciq; agnatam. l. me-
 minimus. §. in qua constitutione. C. de legit. hæred.
 trad. Alex. in l. Gallus. §. nunc de leg. ff. de lib. & posth.
 at sic

at sic quod, tamen in linea masculina ascribi nequeat ut ibid. commoſtrat Alex. conf. 43. vol. 3. quin potius finem lineæ masculinæ faciat, seu extremum, quo eadem claudatur, ac principium fœmininæ quoad descendentes à se, qui auum attingant, eoque referantur ad matrem & lineam fœmininam, & auum maternum, vocabulo à proxima causa sumpto, rectè tamen, quia tandem huius causæ causa, causa est causati, ut præsensimus. His igitur vim quæstionis repetij, ac defendi Titio donatorem abauum maternum probari, subsequenter & Titium in huius linea fœminina locandum, ne aliter paternum eundem referret. quod absurdum ne admitterem, impulit Titio aliunde abauum paternum dari, sed patris proprium auum. Accedebat donatorem testamento filium proprium qui aus maternus Titij constituitur, propriis filiabus prætulisse, his non nisi deficientibus eidem filio liberis quibuscumque ascitis. sic enim egi, licet vocatis proximioribus deferatur hæreditas ordine intestati, quo quisque proximior, limitari tamè regulam testamento facto, ne fortè eidem duplicem successionem facerem testamento, & ab intestato: sed etsi ex interuallo testamentum factum obiceretur, nihilominus voluntatem qualis fuerit & antea in donatione, percipi ex iis quæ latè Crau. conf. 101. nu. 3. congerit, idemque; conf. 118. & Deci. conf. 65.

S V M M A R I V M.

1. *Exclusa filia, renuntiatione, aut testamento, longè interesse ad sui suorumque; exclusionem. singularis locus, ad quæst. Cnid. Pap. 192.*
2. *Hæreditas proximorum defunctorum dici, quid sit. Et quid una hac non sit. Et 9. 45. n. 1.*

Q V Æ S T I O XVIII.

SVbinde compendiosè monuerim, exclusa filia non perpetuè exclusos descendentes, sed rem sic temperari, ut si testator hæc exclusit, adita hæreditate

ab instituto, perpetuam exclusionem fore, nisi & hic intestatus decesserit. quo casu, filia proprio, non paterno iure, admittatur. Sed si renūciatione, vt ferè sit, sese bonis paternis abdicauerit, quia renūciatio præter formam iuris ciuilib ordinariam est, strictè quoq; sic accipitur, vt nullis extantibus liberis dum sit renūciatio, vt aliquo modo & fauore succedentium ab intestato subsistat, inspecto sui principio, & ab iis planè intestato mortuo patre, repulsam patiat, autore Guid. Pap. q. 191. concessis autem masculis repudiationis tempore, in eorum itidem commodum renūciatio filia & patris stipullatio intelligitur, velut eo pacto in rem propriam stipulatus sit, quam in vniuersum cum ipsa stipulatoris persona hi accepturi sint, prudente, scienteq; filia. vnde si viuo patre decessisse contigerit, incogitatus casus, turbatusq; destinatus ordo, nequaquã pro fit intestati iudicium persequentibus, de quibus patrem, dum extarèt liberi, nõ cogitasse relinquatur æquiore iuris interpretatione: causaq; renūciationis cessante, cessare & renūciationem ex. l. quod seruus ff. de condic. cau. dat. & Alex. conf. 29. n. 5. vol. 3. verum è diuerso mortuo patre, ac deinde defunctis quoq; masculis, nihil eã, nihil suos liberos quid quærant habituros putem, si non ab intestato decesserint masculi. Quid ita, cū patre ab intestato defuncto, filiam non admittendam probauerim, dixi, quia hæreditati paternæ renūciauit: sed hæc nõ extat amplius, quia ea, adita à fratre bonorū immixtione confusioneq;, q; in fratris dominium incidit, nomine cecidit proprio antiquo, effectaq; est re ipsa possidentis: sed propriè cū viuens locum occupet, eodq; successio in huius locum qui nõ vacet nõ detur, per rerum naturam qua eum locum habere necesse est, sequitur, tum primùm, quod tradi solet viuentis non esse hæreditatē. in l. j. ff. de hæred. vel act. vend. tum fratre mortuo, illius hæreditatem tãquam domini

domini proximioris, nuncupari: ne in infinitum distinctio hæreditatum, impossibili consideratione perpendatur: fit igitur tandem fraterna, à qua non recedit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Dos data nepti ab auo, an imputetur patri in legitimam. § nn 2.*
- 2 *Auus neptem dotare cogitur.*
- 3 *Liberorum numerus an cōferat patri legitima augenda, aut minuenda.*

Q V Æ S T I O XIX.

PERsequor quæ subsequuntur cōfinia ac notabilia. 8
 Dos data nepti ab auo, imputatur nepti in legitimā, quoad bona patris: patri, quoad bona aui. quia, interprete Decio conf. 81. patris cōtēplatione ab auo nepti data dicitur, tūc maximè, si subdubia res sit. ex l. Quintus. ff. de annu. le. puta, patrē inopē proponi qui casus est Crauet. conf. 219. & Bal. in auth. res quæ. C. cō. de leg. & in specie dotis strictissimè retinendus: quippe officium aui circa neptē pēdet, dotemq; dare cogitur l. qui liberos. ff. de rit. nupr. l. dedit dotem. ff. de collat. bonorum. Porro enim alia data nepti ab auo nec contemplatione patris, nec in rem suam, seu in quam compelli poterat, nihil mouet, quid in legitimam suorum bonorum imputentur, vt apud Alex. conf. 138. & 179. vol. 5. cōf. 8. vol. 3. gl in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hæred. Crauet. d. cōf. 219. Sed in specie dotis addubitatum est, an subueniendum esset filio, cui cū plures essent filia, ab auo nuptū traditæ ac dotata, integrā legitimā filij consumpissent. Dixi cæterorum fratrum obesse legitimæ istius liberorum numerum iniustum fore, quin potius & illi commodum & incommodum quodcunq; propagationis sobolis eadem rōe computandum: illa scilicet, vt vno corpore in plura corpora prognata, eodem colligata est auo. qui ipse linearū, de quibus agimus, scop⁹ est;

& ex quæstione principium. sic vniuersa simul, natura corporis medij per quod influentia fit, principium vno corpore referat. Veruntamen sententia temperari opportunè possit, vt quod pro portione legitimæ sui patris neptibus in dotem cõstitutum est, patri imputetur, reliquum auitæ liberalitati, per Rom. consi. 426. num. 7. Quid enim fauore aut contemplatione filii datum perceperim, quod potius in paratam inopiam necemq; cadit. Sed si id verum sit, obscurum est qui probeatur. Alex. consil. 26. nu. 5. vol. j. is indistinctè scribit, dotem datam ab auo nepti, nõ imputari filio, si dũ moritur auus, neptis esset in matrimonio: quia, inquit, dos, penes maritum constituitur, nec nõ proprium patrimonium filia. profiteor quidem ratione simpliciter acceptam ex l. vtrum. ff. de minor. atq; iis quæ habet quæst. Acad. 46. lib. i. ea autem sententia quam quærimus aliena est. namq; cæterorum fratrum an consumpta sit dos data nepti, an ad patrem reuersa, an vsque penes maritum, nihil interest: nihil, inquam, quatenus patrè conferre non cogant sui ipsius legitimæ contemplatione datum, eoque velut ex sua substantia profectum, vt in l. quoniam. nouel. C. de inof. test. quod ipsum ex Celso constat, si diligentius attenditur, in d. l. dotem. versic. nec infauorabilis sententia est, vt hoc saltem habeat ex paternis, quod propter illum datum est.

S V M M A R I V M.

- 1 *Veritatem rei potius, quam Verba spectari.*
- 2 *Donatio inter Virum & uxorem, an simpliciter, an contemplatione meritorum facta valeat.*
- 3 *Merita donationi non adijci satus.*
- 4 *Merita alleganti, si coniunctus est, eorundem incumbit probatio.*
- 5 *Donatio inter Virum & uxorem in contractu matrimonij propter benemerita, an valeat. § 9. 21. nu. 3. § quæst. 7. num. 2.*

QVÆ

Tertullianus in l. si fortè. ff. de cast. pec. ait, si quis nō ex castris notus donauerit, vel legauerit filiofam. & expresserit nominatim, vt in castrensi peculio habeatur veritatem spectari, an verè castrensis notitia, vel affectio fuit. Vide an liceat circa mentè legis hærere, vt valeat relictum, sed non in vim castrensis peculij, si alias potuit, donari filio, seu quo possit modo valere. Sic enim pono donationem inter virum & uxorem, patrem & filium, simpliciter conceptam, inutilem esse ob personarum coniunctionem, amorèque mutuum naturalem, vt nullo dato medio, nō adfit cui detur, præter eum qui dat, quiq; ipse sibi dare videatur: valere tamen meritorum adiectione velut interposito medio, sed ita si de his aliter quàm sola assertione legi suspecta appareat. valere autem in cæteris quamuis eadem merita non constiterint, quia aliter ex arbitrio subsisteret donatio. Lex igitur quod sibi prima facie suspectum nullumque est, actu, cui item inesse possit fictio, probari vetat: quia in utroque plena deficit rerum probatio. secus, si vitium in demonstratione inesset sola ex l. demonstratio. ff. de cond. & de. Præterea enim in genere meritorum suspicio additur, vt i quisq; de se meritis donet, quò minus iactet suum, ac subinde facilius verè propter merita donasse assertione simplici fidem faciat, vt indistinctè respondit Papin. in l. Attilius. ff. de donat. At non adiectā velim tollendæ controuersix causa: quid enim præmonente D. Pobello publico auditorio, eò minus profutura erit donatio, cum vnusquisq; rei sue sit moderator & arbiter? aut si adiicitur, memoratam expressionem cuiusdam exigit Cæpola. 7. præsumpt. contract. simul. Inter personas coniunctas & prohibitas, generalis coniunctionis ratio suspectam meritorum causam habet: quinimò reliquum nullā aliam. quocirca præallegati merita, aliunde, q̄ a cōiunctio-

ne, probationes subeundas necesse sit apud Anchar. conf. 248. quibus si defecerit, sola manet in donatione consideratio, an hæc confirmetur iuramento. Proponebatur maritū constante matrimonio dote accepta, confecto dotali instrumento, incrementoq; constituto, eiusdem instrumenti serie centum vxori dedisse propter benemerita: quærebatur an subsisteret donatio huiusmodi, exquisita statuto apud nos insinuatione deficiente. Disceptabam publico auditorio quoad dotem huiusq; incrementum ab aduersario præter spem controuersum addubitandum nihil ex l. si. vers. dotē, etiā constāte matrimonio, mulieri marito dare conceditur. C. de donat. ant. nupt. Bal. consil. 477. vol. 4. itemq; donationem valere, non tam adiectione meritorum, quàm ex cohærentia seu continētia contractus dotalis, velut matrimonij quoq; contemplatione & dotis constitutæ viderentur adiecta. Insunt enim in continenti adiecta, & priorum contemplationi ascribuntur. l. lecta. vers. dicebam. ff. de reb. credit. proinde concessio principali contractu utili, retrotractoq; ad tempus præambulum matrimonij, idem etiam debere iudicium & ad donationem pertinere, vt ne dum iuramento simplici, sed causa adiecta probabili substiteret. atque id tandem arresto obtinuit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Donationis inter virum & vxorem, extra contractum matrimonij, modus.*
- 2 *Insinuationis donationis ratio.*
- 3 *Insinuationem generaliter edicto exigi in omnibus donationibus nisi fiant causa matrimonij.*
- 4 *Iuramentum, vim clausula omni meliori moda habere.*
- 5 *Casus vita ad casus mortis nulla extensio.*
- 6 *Donatio propter merita inter virum & vxorem non valet, vt donatio simplex. § num. 7. de donat.*

nat. reciproca.

- 7 *Iuramenti gratia sine causa cognitione fit, quin plerisque in locis sine dispensatione agitur. sed quam id graue sit, argumento tractatur: C. q. 22. num. 2. in fin.*
- 8 *Iurisiurandi iuris generalis remissio. ac de iureiurando, quod seruari potest, citra salutis aeternae dispendium.*
- 9 *Expressu nocere, non expressu non nocere.*

QVÆSTIO XXI.

Sed si extra matrimonij seu dōtis contractum effin-
gimus donationem, quia iure ciuili necessaria est
insinuatio, non aliter per silentium donatoris morte
confirmata intelligitur, quàm si fuerit actis intima-
ta. qui est sensus l. donationes quas parentes in liber-
ros. C. de donat. int. vir. & vx. ibi, ita firmas esse per si-
lentium donatoris, vel donatricis sancimus, si vsq; ad
quãtitatē legitimã, vel eã excedentē, actis fuerint in-
timatæ. nam amplioris quantitatis donationem mi-
nimè intimatam, nec per silentium eius qui donauit
confirmari concedimus. sic igitur donatio inter virū
& vxorē, seu quingentos aureos excesserit, seu non ex-
cesserit, non aliter vim donationis causa mortis ha-
bitura est, quã præcesserit insinuatio, singulari limi-
tatione. l. cum hic status. ff. de donat. int. vi. & vx. ac
qua aptissimè calliditatibus eorū est occursum, qui
hæredipetæ *frustis C. pomis vetulas venantur auaras.*
vt ait Horat. quibusq; , vt ille paulò post subiungit,
occulto crescit res fanore.

Sed contra, dum omnia in apricum proferuntur in iu-
dicio, nec vi nec precibus captatorijs hic loc⁹ est: sed
rebus maturè perpensis, pœnitentię, aut etiam perse-
uerantię. Quod maximè in specie donationis statui
opportuit. hæc enim præter cæterorum cōtractuum
naturam, ad antidora tantum donatarium inani ple-

runque spe obligatum habet, ex quo hoc multò am-
 plius subuenièdi, remedio iuri ciuili accessit, D. Eman-
 nuèlem, principem vndequaq; prouidissimum, edi-
 xisse, donationem submota insinuatione nullã pror-
 3 sus, præter eam, quæ causa matrimonij fit: quasi ma-
 trimonium insinuationis vices sufferat. Accessisse ve-
 rò edictum accipio iuri, quo inter personas non sus-
 pectas, ad trecentos vsque solidos, citra insinuatione
 subsistebat donatio: aut ad quingètos vsq; fauore pię
 causę. l. sancimus. C. de donat. fortè quòd in minimis
 non a quæ dolus suspectus esset. at verò inter perso-
 nas prohibitas, generali suspicionis argumento, tum
 speciali omiſsa insinuatione, iure & edicto exquisita
 grauitè eam nostrorum classẽ fero, qui tamen hu-
 iusmodi donationem firmari volunt iureiurando. è
 quibus licet. Crauet. conf. 19. & Rom. conf. 26. cui lo-
 co in addit. ad amussim opinionum catalogo excuti-
 tur disputatio. negantibus tamẽ subſcripserim ex pro-
 posita specie: tum quia duplex fit actus vinculum iu-
 ris, & edicti: duo autem vincula vno fortiore esse, na-
 turalis suadet ratio: tum etiam nõ magis iusiurandũ
 suspicionem fraudis possit tollere, quam efficiat pro-
 hibitos virum & vxorem esse desinere; vt dum hæc cõ-
 iunctio durat, continuata causa, continua fit præsum-
 4 ptio. Atqui obiiciant, iuramento vim esse clausulæ
 omni meliori modo, aut huius, si nõ valet vt ago, va-
 leat vt valere potest: quocirca iusiurandum, donatio-
 nem puram in donationem causa mortis commuta-
 re. Dico de morte à donatore cogitatum nihil quic-
 quam, sed simpliciter ex modo ineundi in puram do-
 nationem inter viuos itum: nec idèd facilè alteram
 donationis naturã suppleri, quia fortè mallet dona-
 tor, donatarium captatorem falli. Sic enim dissolui
 quod proponeretur, multò magis dedisse mortis cau-
 5 sa donatorem, qui inter viuos dedisset, cùm huius do-
 nationis conditio obdurior sit: lege id nõ expressum,

nec

nec exprimendum fore, quia quò vita à morte distat
 eò differant hi casus inter se, subinde alterius ad al-
 terum exosa sit protractio. l. commodissimè. ff. de li.
 & posth. Quid si donationi inter personas suspectas
 adiecta sint merita, nec probata à donatario, an saltè
 reiectis meritorū suasionibus, valeat donatio vt sim-
 plex. Dixi non suppleri vitium insinuationis : at si ta-
 men suppleri concedatur opinionum copiosiori tur-
 bæ, processuram fortè sententiam in donatione sim-
 plici, cui solus obest insinuationis defectus : vbi verò
 ad merita quoq; ventum est, quia donationis quoq;
 causam dederint, nec consent tamen, tot singularia
 quæ non extent iureiurendo repræsentari, iniquita-
 tis vinculo, & diræ interpretationis figmento cõces-
 si, potissimè quòd nonnihil ridiculum hinc deprehē-
 derem. Etenim accepta iurifurandi gratia euanescit
 id vinculum, hæc autè sine causæ cognitione fit, quid
 igitur istius vinculi figmentum, cuius sine causæ co-
 gnitione fit dissolutio. quin & nostra tempestate ple-
 risq; in locis, nec accepta dispensationis aliqua for-
 mula, generaliter agitur, vt perinde sit, non iuratum
 esse. Quibus hercle nequaquam indistinctè assentio.
 nam omiſsa religiosa controuersia, & antiquis apud
 imperatorem postulabatur iurifurandi gratia: nec al-
 iter contra iurifurandi vim agentè, admissum acce-
 pi, ob interpositi numinis autoritatè, præter quam
 ac citra formam traditam sibi quemq; ius dici tenta-
 re graue sit. Suppeditarint opportunè Gabaonitæ e-
 xemplum, pertractatum 22. q. 4. c. inter cætera. & ca.
 34. de elect. ibi, ipsi tamen cognita fraude, cõtra illud
 temere venire noluerunt, quippe quàm satius excipe-
 re à Virgil.

6

7

-- sperate deos, memores fandi, atque nefandi.
 & rursus,
 Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.
 Dij siquidem, vt ille commonet, iurare timent. Vnde

testis sit celeberrimi exempli Pomponius, qui Trib.
 pleb. terrore & minis iurare cōpulsus à Manlio filio,
 a patris Manlij Torquati accusatione recederet; licet
 huic iam diem ad populum dixerat, maiore periurij
 metu accusationem omisit. Enimuerò me sic agere
 putaueris, quòd iusiurandum non ex composito seu
 consulto animo, sed promiscuo potius stylo notarij
 accessisse, vulgaris commonstret praxis. quocirca ge-
 neralem, & ipso quoq; iure factā gratiam constituit
 Iustin. in l. si. C. de non num. pec. Quæ enim differen-
 tia est, ait, in huiusmodi exceptione, seu iusiurandum
 positum est, siue non, tam in fœneratitiis, quam in a-
 liis instrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt.
 Sic enim res singulæ si referantur singulis, quæ diffe-
 rentia est in huiusmodi donationibus, seu iusiurandū
 adiicitur, seu nō, quæ insinuationis omiffæ exceptio-
 nem recipiunt. vtraque planè specie obseruari iura-
 mentum potest citra dispendium salutis æternæ, vt
 loquitur Pontifex; præbuitq; ea decidēdi ratione, vni-
 uersam iusiurandi seruandi, aut non seruandi quæ-
 stionem. Cū igitur nihilominus generaliter impe-
 rator posteriore remissum iusiuradum velit, ne aliter
 constitueret donationem restitutæ pecuniæ non ac-
 ceptæ: quid pertinaces remissum quoq; posteriore p-
 negauerimus, ne aliter, prægravi singulorū præiudi-
 cio, captiosam à iure habitam conuentionem, præter
 insinuationem infirmæ donationis vim, itēque de
 insinuatione tum iura, tum edicta præssissima, cadu-
 ca constituamus: petita limitatione à formula obiter
 à partibus, vsitate & communiter à notario, non mi-
 nus, quàm die & anno adiecta. At dixi improbari lō-
 gè donationem propter meritorum quæ non sunt,
 captatoriam donatarij expressionem, vt quòd magis
 consultum sibi existimaret, eò minùs subueniretur,
 per eleganti iuris ratione, quæ expressa nocere, nō ex-
 pressa nō nocere elicitur. ex l. si Titio. §. illi si volet. de
 leg. 1.

leg. i. nonnunquam. ff. de cond. & dem. hocq; est q̄ vulgò iactatum publico auditorio D. Pobellus. monuit a glos. in l. quod sponsæ ea lege donatur. C. de donat. ante nup. Marfil. ex quæ sita specie singul. 262. q̄ potui, nolui. Sed eo quoque ex loco respondi, donatione reciproca inter coniuges facta, cum maritus multarum rerum dominum simularet se falso, non valere nec in vim simplicis donationis, quatenus confirmari potuit iuramento, velut simplex, quia donatrix noluerit in vim simplicis valere, sed in vim reciproca, vt cessante ea correptionationis causa, sic .n. loquuntur nostri, cesset correptionationis ois effectus. cõf. Crauet. 130. 179. conf. 298. ibi, quæ incontinenti fiunt censentur correptionia, aded q̄ vnũ non fieret sine altero. & consequenter cessare constat vim iuramenti vt natura contractus & facti contingentia, nihil iuratum nec donatum videatur. arg. l. fi. C. de non num. pecu. Et verò vix adduci potui, qui crederem, iuramentum supplere clausulam omni meliori modo, nec consequenter plura hic singularia effingerẽ, donatione inter personas prohibitas, & eandẽ ex falsa causa captata, & factum propter causam, trahi ad factum sine causa, cui ab initio fortè nõ consensissent contractantes. His igitur & iuris & facti penuriam languescitibus, medezi iuramento, velut pharmaco, grauius ferebam.

S V M M A R I V M.

- 1 *In iurisdictioni modo qui seruari, aut non seruari possit, præter salutis æternæ dispendium, contra Baldum disceptatio. § nu. 2.*
- 2 *Iuramentum nullum quod dicatur, quomodo contra fieri, aut nõ contra fieri debeat, pluribus speciebus explicatur.*
- 3 *Iurisdictioni remissio, etiam si res sit extra iudiciũ, perẽda. Vbi § de mediatore inter Deum & hominem, quiddam singulare.*
- 4 *Mediatorum in dispensatione iurisdictioni, cõsideratio.*

5 *Iuramentum non affici heredem, quin præter gratiam iuramenti agat. Et ibi, post remissionem iurifurandi quem videtur, ac si non iurasset.*

QUÆSTIO XXII.

1 **I**N apertam iurifurandi aleam incidisse rursus liceat. Bald. conf. 29. vbl. t. vbi, ait, iuramentum appositum est super donatione facta viro ab vxore, non valet. quia et si possit firmari sine dispendio salutis æternæ, tamen non seruato eo quod iuramento continetur, non vertitur quid in dispendium salutis æternæ. Captiosa, si aulim, ratiocinatio. etenim non seruato eo licito, quod iuramento continetur, non vertitur quid in dispendium salutis æternæ, si simpliciter præter conuentionem rem perpendimus: puta donasse mulierem viro, vt nihil ea donatio ad salutis æternæ speculationem pertineat. Sed si præter mediam viam decursum est, iureiurando adiecto, hoc dubium, an quod ex se non erat necessarium, medio iureiurando necessitatem obseruationis contineat: sed quia eo nõ obseruato quod iureiurando continetur, incidat in periurium qui iurauit. Seu sic rem accipio, vt si quis mihi stipulanti Titium interfecturum, iureiurando fidem obstrinxerit, nõ valeat absolute iurifurandum: quia promissum nõ est indifferens, sed vniuersa l. prohibita: idcirco nec obseruetur ob grauioris delicti periculum. at deliquit, quodd in rem sceleratã Deum testem aduocarit. namq; vbi accedit iuramentum, accedit testis Deus. auth. quib. mod. natur. eff. legit. verum semel deliquisse, quam in duplicatum delictũ incidisse, longè satius. Non igitur valet iuramentum, ne scrupuloso huius metu inuitetur delictũ grauius. arg. cap. vbi maius. de elect. & l. si. ver. cùm forsitan quidam subtili reuerentia tenti, nec verum sacramentum præstare patiuntur. C. de fid. instr. aut qua E fleo rum fuit opinio, teste Iosepho antiquit. lib. 6. cap. 4. ipsum iuramentum, quasi periurio vitiant, iamq; cum men-

mendacio condemnatum arbitrantur, cui sine Deo non creditur. Sed si non in alterius, at imò in meam propriam necem iuramentum vertitur, distinguendum est, an observatio in expressam juris dispositionem immineat: vt licet subtiliter cogitati singulorum versari factum eueniat, tamen cum & a singularibus ad generalia perueniatur, & in singularibus quoque lex obseruanda strictissimè bono publico: cuius interest ne singuli re sua malè vtantur per partes enim ad totum res si deducitur, publicum tandem, id quod singulorum est, deprehendi fas sit. puta donationem inter virum & vxorem. de qua Bal. præcitato responso, & Chassan. singulariter ad titulum *des droicts & appartenances*. §. 7. in verb. *suppose*. confessionem inter eosdem, de qua Alex. in l. si donatione C. de collat. his igitur adiectum iusiurandum, non valere potius sit. ne fortè scrupulose obseruationis ergo, non petita remissione, pessimo exemplo captata donatio, aut confessio subsistat. contra probetur si indifferens tractatur species, puta me venditurum quicquam, aut retro venditurum, iureiurando promississe: qui tamen casus sua præterea ex præcedenti contractu causa nõ caret. vt per las. in l. si pecuniã ff. de condic. sine cau. Cagnol. in l. 2. num. 129. C. de pac. int. empt. & vend. quia nec corporis nec animi verferetur vllatenus periculum. publico auditorio referebam in hanc classem iusiurandum filix, quæ accepta dote paternis bonis renuntiavit, ex cap. quamuis de pact. in 6. vt licet meritis potius, quam pactis retineri filios lege caueatur, nullibi tamen pessimi exempli sit proposita à Pontifice species, qua filia dotata præmittitur, exoluta, vt par est, legitima, vsitato acceptoq; modo: quin & ex subiecta materia necessariò in commodum filix, ppter temporis medij intervsiurium. Sed si læsam se suspicetur, non percepta legitima integra, sic & si venditor se læsum ultra dimidiam iusti pretij contendat:

quia utique in tolerata negotiatione versatum est, apprime nequaquam iuri suspecta, eo obfirmata iureiurando utriusq; pactio intelligitur: ut primùm, nõ nisi præmissa iurisiurandi remissione, admittatur uterque: ac deinde, si quod deest iusto pretio utroque casu suppletur, illæsa præterea præseueret conuentio: quæ alioquin in casu prohibito, nec obstante iureiurando. extingueretur prorsus, quia ab initio nulla extitit prorsus. At. n. adiecto, si in iudicio controuertitur, seu iurisiurandũ re vera contractui improbo sit adiectum, seu contra, religiosissimè inualuit ascitum in rei testimonium numen ab actore, nisi placatum remissione testimonij, seu iurisiurandi, excipiat repelli eum & à limine iudicij, à iudice cuius nullæ sint partes, vbi maior adest. sed eò nec generali a lege remissionis interpretatione moueatur, q̄ temeritate contemptũq; numinis agentem manifestò arguat. Velim extra iudicium, si in conscientia stimulis res controuertitur, non seruari quoq; iuramentum, contra ius vtilitatemq; publicam stipulatore interpellante præstitum. can. non est obseruandum iuramentum. 22. q. 4. gl. in cap. venerabilem. in verb. venire. de elect. not. in l. contractus. ff. de reg. iur. Bar. conf. 156. ibiq; singulariter ad l. non dubium C. de legib. gl. in can. prudentiam. in verb. teneatur. de off. iud. deleg. sed adeundũ, inter Deum & iurantem, medium mysteriorum præfectum, cui ostendat sese, si sacris his verbis utar Luc. cap. 5. singulatim. not. actuum Apost. ca. 19. vers. *multi credentium veniebant, confitentibus & annuntiantibus actus suos.* Eccl. ca. 17. Exo. ca. 32. & 33. Leuit. ca. 12. & 15. vers. rogabit. Numer. cap. 15. & 16. Extat & vniuersalis medij, qui Christus est, ab exemplo sumpta ratio, namq; per media à mortalibus ad immortalẽ Deũ patere accessum, restantur è multis superiora monumenta: nec aliter sursum ferri cogitationes hominis potuisse, quàm homine quoq; præuio, qui sensibus obiecta

obiecta secum eadem ab humanis ad diuina distraheret, seu etiam exteri quique cultus numinis, cōiecturæ naturalis loco, ab æuo perpendantur. Rationis rationem tentabo, si probaueris. quia cū sit ternus Deus, æquè funiculo velut triplici huius pendeat inuestigatio: prior, is ipse Deus; secundus, mediator, tertius, homo fati autem celeritate interceptum, personalem conuentionem, animoque fixam ipso cum animo à cælestibus acceptam conicio nec hæredem eam affecisse, si tamen & ipse defunctus remissionem à pontifice obtinere potuisset. ut apud Bart. in l. nam & postea. ff. de minor. Panor. in ca. peruenit. nu. 2. de iureiur. & conf. 12. vol. 2. Bald. conf. 398. vol. 1. accedat Ias. in auth. sacramenta puberum. & Rebuf. tract. de restit. quibus quoque locis explicant, post remissionem iurifurandi, minorem censeri, ac si non iurasset. Et quidem hæc species est restitutionis; restitutio autem in integrum, cuique ius suum conseruat, l. fin. C. de sent. pas. & rest. l. quod si maior. ff. de minor. Sed tamē paulo diuersum a Baldo & Bart. sensum referam, quæst. 52. ut propter autoritatem numinis sufficiat iniusta causa alienata restitui, ne minor Deum simul & hominem fallat impunè.

S V M M A R I V M.

1. *Donatorem potius, quam eius hæredem, pænitere donationis, toleratum.*
2. *Meritorum assertio inter personas nō suspectas, inducit probationem meritorum, nō confirmationem donationis, præter insinuationem, quid ita.*
Et quid si ad personam hæredis referantur.

Q V Æ S T I O XXIII.

Quamuis in specie donationis D. Antonini orationis in l. cū hic status. ff. de donat. int. vir & vxo. meminisse fas sit. Ait oratio, fas esse eū qui donauit pænitere; hæredem verò eripere, forsità aduersum voluntatem supremam eius qui donauit, durū & auarū esse:

putabam non ad iuris necessitatem sed ad conscientiam & liberalitatem hæredis, verba hæc pertinere. Quæsitum ex facto in iuris necessitate: Marcus Titio non prohibito ex donatione percipere interposita meritorum generali causa, fundum dederat, præter insinuationem; an subsisteret donatio, an ea teneretur hæres? Dixi, cum edictum solam donationem causa matrimonij excipiat, cæteras oës prohibitione contineri, ut non valeat quæ præmittitur: valere tamen assertionem meritorum, ut non confestim improbata donatione edicto, id ipsum ad assertionem meritorum protrahendum sit. donatio ex solo pendet donatore, meritorum assertio stipulanti & acceptanti donatario ius probationis quæsit. sic fit, ne reuocata donatione ab hærede, aliunde quæsitæ diuersa & separata seu quæ & à donatario pendet ei aliter utcumque præstanda reuocentur: nec enim multò dissimiliter agit Bald. in l. generaliter. C. de non nu. pec. Bened. in ca. Raynutius. in ver. testamentum. 2. n. 5. Boer. decis. 353. Sic igitur viderit lector, an rectè. Negavi donatario fundum datum, quia in edicto donatio incidisset: putavi durum & auarum esse, nihil de meritis ab hærede statui, quæ planè merita assertionem probata ac fundo æstimata, seu cum fundo compensata à defuncto viderentur, arg. l. si ita. versicul. quia videtur quodammodo patronus tanti operas æstimasse. ff. de oper. libert. æstimatione media fundi controuersiam temperavi, suasiq; hic saltem benignius defuncti placari genium, seu exonerari conscientiam, si quo modo posset actus valere, sustineretur. nec enim me fallit, probari donationem & in vim fideicommissi, si adsit numerus testium fideicommissio congruus, auctore Alex. conf. 153. vol. 2. Sic & factam concubinæ ad concurrentem vsque quantitatem meritorum, decis. Neap. 102. Bart. in l. affectionis. ff. de donat. si tamè hæc prohibet concubina, sin minus & vbiq; inter personas prohibi-

hibitas nec in vim fideicommissi donationem acceptam habui, ne & per consequentiam quæ ab initio nulla extitit tractu temporis singulariter valere concederem, ac dein inter personas susceptas, à probatione meritorum donatarium excusari. cōtra l. si forte. ff. de castr. pecul. Sed si in futurum in personam hæredis concipiuntur merita, sic fortè, si promeruerint, serui liberi sint: præstatur legatum, nisi quid tale admiserint, ut indigni sint legato. non etiam ut talia officia ab iis exigantur, quibus legatum mereri debeant. hæc Africanus in l. seruos. ff. de manumiss. test. Verùm Cra. de antiquit. temp. cap. 3. nu. si, ait, in eo legato necessaria essent bene merita, quæ sufficiant ad libertatem, tunc necessaria esset probatio talium seruitiorum; sed cùm sufficiat seruos abstinuisse à male, citra præstationem officiorum, non est necessaria probatio. Addubito quis procedat hic sensus: Nā alioquin si non attenditur legatum, non video, quin proculdubio maxima in assecutionem libertatis ipso facto essent merita necessaria.

S V M M A R I V M.

- 1 *Donationis propter nuptias, seu augmenti quadam disceptatio inter filios donatoris, & filios mulieris secundo nubentis.*
- 2 *Causa proxima & remota consideratio.*

Q V Æ S T I O XXIII.

Qui ex priore matrimonio filium susceperat, defuncta vxore secundam duxit: eidem in augmentum dotis, quæ quadraginta erat, viginti constituit decessit, relicta vxore nullis superstitibus liberis: hæc secundo nupsit, ac suscepta filia obiit. quærit filius, an ab ea lucrum illud viginti, seu augmentum dotis acceptum à nouerca ex priore matrimonio, rectè peteret. Ex facto tuta est filij, nisi augmentum quantitatem legitimæ filiæ excesserit. l. hac edictali. C. de sec. nup. quæ cū augmenti constitutio necessaria esset iure municipa-

li in compensationem hymenæi, seu in pretium pudicitia, quod verbum est Exod. c. 21. & l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. cōsuetudinis antiqua quadam probatione. detractio huiusmodi è patrimonio Patris ritè facta, rem futurorum liberorum ex secundo eo matrimonio destinabat, ac quibus pro ea augmenti parte competiisset successio, exclusà à matre subinde suscepta ex posteriore matrimonio filia. Sic inter liberos secundæ vxoris id fore negotium. nullis autem superstitibus à priore viro, quasi iure non decrescendi, tum consuetudine iuri similima, plenè augmentum vxori quæsitum est: at superstitibus liberis, defuncta licet matre cōstante, matrimonio, his à matre debeatur, velut hæredibus matris, licet patri hæres non extiterint. auth. hæres. C. de secun. nup. exclusis tamen eo emolumento exteris mulieris hæredib⁹; quos superstitis mariti ditari liberalitate non hos in vsus quæsita, graue sit, sic l. à marito. C. de donat. inter vir. & vxor. non sublimitari liberorum gratia, qua utiq; in matrimonium itum fuisse cōstat. can. omne. 27. q. 2. Tametsi igitur liberi sint causa quidè matrimonij proximior, donationis remotior; quia ad secūdas nuptias donatio non pertinet, proindeq; hymen huius proxima causa sit, ex l. penult. ff. de condict. ob turpem causam inspicitur & causa remotior à liberis, quia ipsi consideratione sint causa causæ proximæ. s. hymenæi: sic est ab vtraq; causa donationē dici posse. arg. doct. Bal. in l. non idè minus. C. de accusat. seu verò ex hypothese secundam causam magis causam defendi, quàm priore remotiorem: quemadmodum secundas substantias magis substantias esse, quàm primas probamus, exemplo hominis, qui magis est substantia, quàm animal. & eiusdè Bal. verbis in ca. etsi Christus. de iurisiur. famā magis à remotis, quàm à propinquis; sicut venti successiuus aëris motibus augètur. ac sicut à Molineo ibidem per illum textum, gratitudo
& ho-

& honor magis ab exteris.

S V M M A R I V M.

- 1 *Territorij & iurisdictionis differentia.*
- 2 *Territorium, nomen iuris sine terra quid id sit.*
- 3 *Mandamenti vocabulum tractatur.*

Q V Æ S T I O XXV.

Territorij nomine concessam iurisdictionem, non contra, disceptanti, respondi, si vim verborum attenderet, videri synonyma. Territorium à terrendo perit Pomponius in l. pupillus. ff. de ver. sig. cuius verò terrere proprium sit, nisi ei⁹ qui imperium habeat ac rursus, quid non terreat, qui imperium habet? sic fit aliena similitudo, qua territorium velut paludem, imperium velut nebulam effingunt. Et certè potest palus sine nebula, aut contrà perpendi: territorium sine imperio: vt corpus sine anima, aut imperium sine territorio, vt animam sine corpore effinxisse longè aptius. Namque eò magis territorium nomen quidem terrenum est: sed, quod mirum, aërium sine terra quodammodo in hanc sententiam consentiente G.P. singul. 526. dum terram nomen esse iuris scribit. vt in terræ spatio armato iurisdictione, quæ est territorij definitio à Boër. decis. 227. dominus nec fundum latitudinis palmæ habeat: subsequenter si iurisdictione tollitur, nihil quicquam ea demonstratione domino superest. addi possit diffinitioni, aut aquæ spatio; nam ad mare & flumina nomen quoque territorij pertinet. glos. in capitul. vbi periculum. 6. porrò. de elect. in 6. G.P. quæst. 577. Superiorem verò Baldi similitudinem nostri temporis id vocabulum habet, ressortum, aliis districtum, aliis mandamentum; plane rudius, sed significatè, quòd ex continenti distincto limitibus spatio diuersorum dominorum comprehensis iurisdictionibus & territorijs, ita sit velut in prouincias distinctum, si forte publica vrgeat necessitas, mandato domini mandamento ascripti

omnes euocentur, audituri quid publicè expediat in prouinciâ, quòd vniuersum ad eos pertinet. Clauum autem huiusmodi Reipub præter imperij ordinario iure exercitium, eodemq; imperio priuatis concessio à principe, suo ipse castellano referuat meritò coram quo publica omnium vtilitas, quæ maximè in principis sollicitudine curâque est, exagitetur. vide quæst. 45. num. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 *Princeps an à populo potestatem habeat. Vbi § de lege Regia.*
- 2 *Reipublica status ad vnius imperium deductus, quo tempore vnius Dei innotuit notio idq; illustratur rationibus.*
- 3 *Vnitatem proximè inuisti Romani attigere in administratione rerum, § ibi de vnitare, quoad numerum, consideratio.*

Q V Æ S T I O XXVI.

ATque hinc libellus destinatus principi de principe quædam referat, expedit. Vlp. in l. i. de constit. prin. scribit populum principi & in principem omne imperium suum & potestatem contulisse lege Regia. videtur quoq; Iustin. in §. sed & quod principi Inst. de iur. nat. gent. & ci. eo imperij potestatem desumpsisse, Coniunctio latam legem annuente principe, quò gratior esset populo, velut per manus ab eo suscepto imperio. Re vera occupato & populo & populi vniuerso imperio à Cæsare, non dubitauerim huius placita ante legem Regiam pro lege habita: aderat enim contradictor audax nullus, seu Cato, seu Cassius, seu vltimus Romanorum Brutus. propterea non illi à populo potestatem factam, sed ipsùm populo habenas repressisse, dedisseq; pro arbitrio: ac fugatum dudum principatum, seu legem veterem Regiam, cuius meminit Liuius lib. 34. postliminio reuocasse. seu apertius pono, non occupata videatur respublica, verum pri-

primæua armis expulsa possessione Regia, armis repetita, armorum, in quibus & suum ius inesse volunt, iure merito: ne sit quod legitimè queratur Lucanus ex persona Catonis.

Causa diis placuit victrix, sed victa Catoni.

Sed .n. causa victrix placuit genio occultòve naturæ instituto, quo societatis humanæ moles immensa, immensam orbis compaginè referens, quæadmodùm in vniuersum inuisibilis vnus est Deus, deinde vnus sol, quem spirent inferiora oïa, sit quoq; seorsum vnitas, cui & in quam mortalium plures vnitates vnitæ, vnum velut corpus efficiât necessaria ex causa, dū liceat gradatim ré attingere à superioribus; quæ, nedum corpora singularia, quod cradunt Medici, sed à corporibus singulis cõflata populorum corpora moderentur, & instituant exemplo sui. Rursumque animos dum omissis inferioribus speculantur superiora, quatenus in vnum omnes acti non minus vnicum solem oculis, quàm vnum Deum animo perspiciant. Rei tantæ mysticæ præter ea quæ scribit Tiraquel. de iure primige. quæst. 4. nu. 17. & 18. argumento sit eadem tempestate non solum popularem statum, hominum, sed Deorum, qui in turbas excreuerant. vt apud Ouidium:

Turbaq; cælestes inuidiosa sumus.

genuinum vnum æternum & immortalem nobis ab homine vno, eodémque Deo restitutum, si aptè huc referam Ennianum illud

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Frustrà igitur queritur Cato, frustra Lucanus, frustra que populus. à cælesti namq; imperio, qualis extitisse debuit terreni forma, hoc primùm didicimus: tum demum & ipso ritu populi. qui cum non posset præ multitudine facilè in vnum euocari, Senatus institutus est; atq; is dum & difficilis cogeretur, nec oës senatores gerendis, pmiscuè negotijs adesse possent, cõsu-

les duo creati vnitatem proximè attingentes. quam denique velut rerum omnium primam, & fundamentum: si quid est vnitatis sit principium numerorum, quibus omnia constant: nec tam est sit numerus aut in numero. in l. si quis ante. vbi gl. ff. de acquir. possess. Bal. in ca. cum in iure de elect. dicto Dictatore, summo in rerum discrimine plenè opportuneq; norunt, natura ipsa duce, quæ fugata licet furca, vt ait Horat. tamen vsq; recurrit; sed quod Darius Alexandro respondisse fertur, solùm sole vnico, non solibus geminis moderari posse. At enim nec instituto quouis seu plebiscito, seu senatusconsulto, tamen si vnus potestaté strictissimè propellerent tot reguli, assequi potuerunt: quin & vnum plerunq; vocarint inuiti ad tēpus, atq; his tandem maiore naturæ mora datus sit perpetuus, qui fœdere certo dissentiente, confuso iam demum ordine, populo, summos cum oppressis infimis pari iure retineret, & premeret, & certas omnibus habernas daret.

S V M M A R I V M.

- 1 *Principem à Deo in populi gratiam datum. § num. 2.*
- 2 *Princeps populi pater, pacis cupidus.*
- 3 *D. Emanuelis Philiberti, ducis Sabaudia, tumultus.*
- 4 *Principes legibus soluti, legibus viuere quid procedat. § non tollunt ius tertij. q. 1. in fi. multo minus ius naturale. q. 48. num. 3.*
- 5 *Rescriptum inciuile an reijciendum citra declaratoriam petitam à principe, quomodo id procedat § nu. 4. de rescriptis inciuilibus.*

QVÆSTIO XXVII.

- 1 **S**Vbicio igitur principem non à populo, sed à Deo populo datū. q. iā diu principalibus literis præsentum est, quibus Dei gratia vnica preponitur. At quidē temperatè subintellectum velim id verbum in gratiā populi, vt dum tātā vnitatis exemplar agit princeps, memi-

meminisse eum oporteat, velut in feudum imperium à Deo concessum, prudenter exercendum: quia concedentis id sit institutum, feudiq; dati hæc lex perpetua, hic modus, vt à principe intemerata fide, iustitia, mixta pietate componatur. ne quicquam licere iure suo imponatur principi, præter æquum, iustumq;, ac vtile populo. Si quemadmodum à patre luminum in eum data potestate gloriatur, paterno quoq; præfulgeat nomine, quo nullo magis August^o dignatus est, nec abnuit Iustinia. in auth. de incest. nupt. & auth. neq; virum quod ex dote. vbi gl. Optimè quidè re cõposita, nullum præterea Augusto aptius: bello rerum necessitate, fatoq; indicto, principè egit foelicissimè, patrè, pacis cupidissimus, paceq; foelicissimus. Est. n. populo præcipua hæc paterni animi, accepta nota in summum velut bonum, vt obiter apud Ouid.

-- orate colons

Perpetuam pacem, pacificumq; ducem.

Quàm multa ille & acutè peucis complectitur! nãq; principem suspiciunt & admirentur omnes, vt no. in l. apud. Iulianum. ff. ad Trebell. ocys quàm proximè ad rãtæ maiestatis amplitudinem accessuri, qui procerum, qui Senarus, qui nobiliũ, qui populi finis est, perpetua obseruatione, qua minora cedunt maiori- b^o. can. est ordo naturalis. 33. q. 5. & can. à subdiacono. distinctione 93. Et verò, lector optime, dum mecum vsq; bello, paceq;, Augustũ exornatum, acceptumque populo commemoras, liceat satisfactum fore mihi, tibi que, ac operi, diui Emanuëlis Philiberti, Augusti equidem ab augendo bello ac pace imperio, eo meminisse monumento, à Bartholo ad Virgilium oratione deducta,

Marte pater patrem regnis pulserat anitis,

A nato natus marte eadem repetit.

Pace debinc felix, paci q; imponere morem,

Accensis bello sit populis medius.

Ha sibi erant artes quibus haud præstantior alter.

Intemerata fides, iustitia, & pietas.

4 Cæterùm ea sit principum regula modusque, quem ultra citraque vix firment imperium. Sed hæc hæcenus obiterque nec prætereunda, cum a principe seu origine, seu confirmatione leges pendeant, atque hic à legibus: quibus ut licet ipso facto solutus sit, ut sentit Vlp. in l. princeps. ff. de legib. & Paulus in l. ex imperfecto. de leg. 3. se tamen his ipso iure profiteretur obstrictum. in l. digna vox. C. de legib. quia ut disertè Sallustius,

*-tandis qu'entre nous ou le prince ou le Roy
Captive sa grandeur sous le ioug de la loy,
Il commande sans peur & la chose publique
Jouyt heureusement d'un estat pacifique.*

ut si fortè contra ius, vel utilitatem publicam, fuerit aliquid postulatum, vel impetratum, obreptitiū expressa falsitate, subreptitiū tacita veritate, quod præ administrationis pōdere ad amissim perpendere nō potuisse coniiicitur. ut in ca. cæterùm. de rescrip. iudicibus reiiciendum præcipit; pœna his qui contra fecerint indicta. tot. tit. si cont. ius vel util. pub. auth. ut nul. iud. §. & hoc verò. vers. si verò contra leges & contra publicum facta sunt, pro nō scriptis esse iubemus, & iudex declarare debet inutiles, subreptitias, & irritas. sing. est constit. de prag. sanct. quæ est. 371. Nemo, ait Imperator, iudicum nostrorum siue in pecuniaria, siue in criminali causa, pragmaticum nostram timeat sanctionē, vel aliud cuiusvis generis rescriptū. Verus igitur constitutio vetūsque protestatio, nouū ne noceat rescriptum, iudici fidem facit, obreptumque importunis precibus à principe; quem priore ex l. existimasse rescriptum iuri & æquitati conforme, nec aliter annuisse, tametsi fortè verba non patiantur legitimam interpretationem, præsumptio sit. ca. causam de rescrip. & per gl. in cau. paratus. 23. quæst. j. l. j. C. de petit.

petit bon. sub. lib. 10. qui locus de importunis precibus est. Vt si curiali præsentis magno viro concessit: quæ sunt verba Baldi in ca. cum ad eum de rescrip. trad. singular. Rebus. lib. 2. tit. vt beneficia ante vacationem non conferantur. in princip aut si reuocet a se ante gesta, Crau. cõs. 241. col. 2. si in præiudicium tertij rescribat. l. 2. ff. ne quid in lo. pub. Bald. cõs. 165. vol. 1. aut si litteram pendere subtrahatur. C. vt lit. pen. nul. lic. imp. sup. ca. cæterum. de rescrip. aut gesti negotij minimū quidpiam. cap. si motu proprio. ibi, quantuncumque modicum beneficium taceatur. de præb. in 6. Crauet. cõs. 68. l. sed si hac. 6. patronus. vbi Angel. ff. de in ius voc. Innoc. in ca. dilecta. de rescript. Alex. cõs. 60. vol. 2. si tamen in naturam expressi non includitur id tacitum. ca. cum illis. 6. in illis verò. de præb. quod citat Bald. cõs. 209. vol. 1. si duo specialia præter ius contineantur rescripto Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. quin & si motu proprio adiiceretur clausula, aut quæuis vrgētior & inconsueta, qua potius adnascitur suspicio. d. ca. si motu proprio. & acutissimè per Crauet. d. cõs. 241. atque ex his referunt nostri, principi non potestatem: huius enim sermo, ait Eccl. c. 8. plenus potestate est; nec dicere ei quisquā potest, quare ita facis: sed voluntatem deficere. idcirco obreptas preces auersari à iudice, nulla principis, præter tenorem rescripti, petita declaratoria: nisi fortè de Repub. grauioribus; præiudicij periculo ageretur. arg. cap. inhærentes vestigiis prædecessorum nostrorum, dicentium grauiores quæstiones per summum pontificem terminari debere. de iuram. calum. vt dum nihil noui exequitur iudex, rescribat tamen ad principem, si rectè ex eo sensu habeo auth. de mand. prin. 6. deinde. Casus est arriculo styli Senatus 155. & 197. & ad leuiorem casum protraxit. Bald. cõs. 44. vol. 1. quod vix iuris sit necessarij ne in dies inciuilibus literis promiscuè à iudicibus agatur princeps. Rescribant igitur si

periculū suspicentur grauius, antequam exequatur concessisse sufficiat. aut si de iure fuerit dubitatum. d. const. 371. aut de iuris æquitatisq; differentia, seu interpretatione, vt in l. j. C. de legib. ca. cūm venissent, de iudi. Bal. in l. 2. C. de senten. ex peric. recit, Innoc. in ca. cū ecclesiasticæ. de excep. l. 1. 2. & 3. C. de relat. vbi & quid obseruandum rescribenti iudici statuitur, seu de pœna decurioni imponenda agitur, l. j. §. simili modo in decurione erit probādum. ff. quan. appel. sit. nam & contra aperto iure, periculi preueniendi causa, exequi primūm possunt; deinde ad principem scribere. l. si quis filio. §. hi autem omnes. ff. de iniust. rup.

S V M M A R I V M.

- 1 *Senatus, & ratiocinālis auditorij, notiones diuersæ. & num. 2.*
- 2 *Fisci à patrimonio principis differentia, ac subinde inter procuratorem fisci, & procuratorem patrimonij.*
- 3 *Condēnationes & multas, ex dominio dotali quarimari.*
- 4 *Alienatio à principe facta. an irremocabiliter subsistat. & nu. 6.*
- 5 *Alienatio rei ecclesiastica, prohibita summa ratione.*
- 6 *Reipub. interest feudū immediatē possideri à principe.*

QVÆSTIO XXVIII.

I **D**E his autem nouit Senatus. Alia inter principem, & tertium de re principis rescripta, in auditorio ratiocināli discutiuntur. id vocant *la chambre des comptes*, olim *la chambre aux deniers*. Quæ in re animaduerti, differre fiscum à patrimonio princi-

principis. ex l. j. ff. de offic. procur. Cæs. vt non quodcunque est principis, sit fisci; aut contrà, quodcunque est fisci, sit principis Bald. in l. bene. C. de quadr. præscr. fisci ratio agitur in senatu: hæc in patrocínio aduocati generalis est: sic enim vocatur vulgato verbo, cuius officium eo versatur, quid publicè interfit, suadeat, exoptulet: delicta, facinora, seu in publicam, seu in priuatorum iniuriam, quasi tribunus plebis deferat ad senatum: ne quid detrimenti publicè, priuatimve eueniat: ne denique delicta impunita maneant repressis facinorosis: capitis, aut bonorum mulcta postulatis præcaueat. At vbi res fisco addita proponitur, seu simpliciter, seu patrimonio principis cõnexa, seu ait Bar. in l. in omnibus. ff. de diuer. temp. præsc. in principis patrimonium incorporata, procuratoris patrimonij sollicitudinem exigit. Est verò in his diuersa ratiocinatio. nam fisco simpliciter quæsitæ aut mulctæ pecuniaria, aut bonorum publicatione, non video quid liberè non sint principis, qui ipse velut Reipub. maritus est. marito condemnationes & mulctæ ex re dotali cedunt. l. item si fundi. §. aucupiorum. ff. de vsufr. l. si. vbi Bar. ff. sol. matr. cavitque senatus arresto lato. 21. Nouembris. 1579. Ex quo prouidissimè huiusmodi rerum petitio sublata est, occursusq; præcibus. in l. i. & 2. C. de petit. bo. sublat. lib. 10. & speciatim edicto Diui Emanuëlis Philiberti, Camberij. 2. Martij. 1563. quia dũ iure priuati in his princeps vtitur, plus iusto præter reuocationis spem, suæ insidiaretur liberalitati. nam quoddã à principe liberè promanat, id maximè permansurum esse debet: eodem autore in authentic. constitut. quæ dignitatibus. §. illud. l. 4. C. de sum. trinit. ibi nihil est quod lumine clariore præfulgeat, quàm resecta fides in principe. not. in l. i. ff. de pact. Atq; eo suscepta contradicendi materia, procurator patrimonij alienata à principe repetit: si nõ utiq; à principe quæ-

2

3

4

fita simpliciter, sed connexa sint patrimonio principali: seu antiquitas & in ornatum, & in splendorem, & in causam necessariam prouincię, vnũ corpus principatus effecerint: vt non magis hoc totum per partes, quàm in integrum, simul semelq; , inuita patria, & proceribus, alienare possit ex arbitrio l. quæ de tota ff. de rei. vindic. Ecce enim, si totum corpus animo perpendimus, pluribus compactum est partibus, quibus conseruatur, augetur, quibusq; longas manus tāto ordini per necessarias princeps habeat, seu domi seu foris præsidio opus sit: ne in dies, cùm non minus imperium sine pecunia, quàm peculiũ sine pecunia fragile sit, nouis vectigalibus actus populus noua molitur. Ex quo fit, & interesse populi nec singulatim res alienari principatus. ex l. cuius effectus omnibus prodest, eius & partes ad vniuersos pertinet. ff. de reg. iur. vt planè publicis hæ vñibus. nedum solius principis placitis, destinentur, seu propriæ sint populi, administratione principis: at verò propriæ principis, dũ principali asseruantur auctoritati. Nec me fallit Bal. cuius meminit Tiraq. tract. primig. q. 35. n. 20 suasisse res particulares non destinatas regiæ dignitati, aut quę non sint magni præiudicij, alienabiles. de quib. quædam apud Bart. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Alex. conf. j. vol. 5. Decium, conf. 191. Nāque inutilem Baldi considerationem facit, dum limitat, nisi, inquit, rex enormiter læderet regnum. fatear licet istius alteriusve rei alienatione singulariter velut ex magno flumine illo alteròve deducto riuulo & regnum subsistere, & flumen nauigabile; at tamē & pluribus deductis riuulis, quod & ponticis paludibus in dusttia Cornel. Cethegi, & Euphrati, industria Cyri olim fertur contigisse, exsiccatu relinquitur alueus; & a singulis principibus singulis passim alienatis rebus, quod ferè ab imperij Rom. statu, si conferantur nouissimā priscis, haud multum distat, principatus simula-

mula-

mulachrum quoddam. Sibi igitur princeps rerū principalium interdictam patiatur alienationem, & suo singulatim, & publico generatim bono; necessaria constituendi a primordio, conseruandiq; deinde imperij regula, ecclesiasticis politicis à Iustiniano data in auth. de non alienan. aut permut. his verbis, Aliam verò omnem siue ad imperium ipsum, siue ad aliam quamcunq; personam factam, siue venditionem, siue donationem, siue permutationem, siue emphyteusim perpetuam omnino perimus. Verùm Iustinianum alienis occupatum rebus, de proprijs non eque sollicitum, constituendum tam seuerè miror omisisse. imò verò ferè velut immemorem rem subdubiam agitam interpretibus reliquisse. Porrò singularis est locus apud Chassan tit. *des fiefs*. §. 8. nu. 53. ac presertim Ioã. de Plat. ad l. *prædia*. C. de loc. præd. ciuil. ille dissolutis contrariis alienationem reprobatur, & rectè. nã quòd paulò antè presensimus, principatui nexa velut corpori, corpus ipsum principatus efficiunt: sic itidè velut corpus sunt principis, non singulatim habita ratione partium. ac præterea cùm longè interfit Reip. subsequenter principatus autoritatis, sed & gradatim principis dum se principem gerit, feuda immediatè possideri, ne præter ordinariam æris publici immunitationem cõtingat, alienatis passim feudis, reseruatò licet supremo homagio, in principem exterum eadem par manus feuda accedere; sed is fortè veterè illius iuris legem aspernabitur, homagio pernegato: aut homines subditos, proximum & immediatum dominium expectaturos fas sit cogitasse. quod in auditorio regio Angliæ ab alienatis Aquitanicis dissuadentibus permultis procerum quorum intereat, viriliter & acutissimè peroratum habet Froissardus libro quartò capitulo 62. Magnanimi verò, nec prætereundi memoria politici, quibus innotuit, haud plenè Iustiniano principatus cognitum principium: sed

quòd aptissimè necessitate temporum rerumque, in consilijs procerum, senatibus, & ratiocinalibus auditoriis inualuit. omnia aduersum imperium spectantia, nulla retrorsum.

S V M M A R I V M.

- 1 Principatus, & in principatum confluentium rerum, Oceano. & in eam fluentibus aquis comparatio.
- 2 Alienationis principis, & ab eodem principe renouatio, quid in successoribus. & nu. 3. vbi & de successore abbatis qui alienauit.
- 3 Princeps sine restitutione renouat alienata inutiliter: curator, tutor, aut maritus non sine restitutione.
- 4 Fundum datum non videri propter adiectionem pretij cum re data, quid contra in permutatione.
- 5 Prati quantitate dignoscitur contractus, & quest. 46 num. 2.

QVÆSTIO XXIX.

- I CEdo, lector optime, nec dum emissa opinione, mecum age, si libet mitius. Sic rem habeo accepta ab Oceano similitudine, in quem flumina confluent omnia, nulla ex integro retrorsum; sic enim mirabile corpus illud videntur efficere: sed ecce, ait regius philosophus, mare non redundat, nam hinc redeunt rursus, actis nubibus, quibus exhaustis fluminibus, alueoq; aquarum penuria languescente subuenitur, rursum tamen ut refluant. Sic quidem aduersum imperium spectare omnia, nec redundare defendi possit; sed singulis, quibus ingens id corpus conflatur, prout expedit impartiedum suaferim, ne, quod dicitur in d. l. prædia, omni ex parte excludi largitatem principalem inciuile sit. veruntamen ita impartiedum, ut rursum retrocedat imperio, quod & pro rerum necessitate iterum refluat, seu iterum atque

cipe prohibito. Quod si ex vsu publico causa cognita, & pragmatica seruata forma, distracta res proponatur, magis est causa publica actum, a causa publica non reuocari, quia aliam esse causam cōtractus, aliā distractus oporteat, vt priore cōstat specie, qua princeps contrahit, publica causa distrahit. Exemplo sint pater, tutor, & maritus: hi causa necessaria seruata forma rem venditam minimè reuocant; erat. n. reuocationis institutum ex sola non necessitate venditionis expetendum: sin contra, pleraq; alienatione voluntaria prohiberi, quæ necessaria tolerātur, dixi ex questita specie q. Acad. 50. li. 2. locus est in ca. j. vers. ita p̄latus sui prædecessoris pro Ecclesiæ necessitate contracta. de solutio. Sic si abbas sterilem fundum in emphyteusim dederit, donationem velut necessariam probat Bald. conf. 160. vol. j. sunt quoq; illius verba hæc in trac. de feud. tit. qui succes. feud. da. tene. Nota quoddam successor prælati, non tenetur factum prædecessoris ratum habere, nisi de iure sit consummatum. tunc enim quia in effectu gratia facta est; nõ expirat per mortem concedentis. latè Boër. decis. 204. Ofasc. decis. 139. Crau. conf. 241. quibus ex locis elicitur, & principem qui electione admittitur, parère anterioris principis contractibus, si æquitatem & iustitiam contineant: multa singulariter habet Bald. in l. j. C. vnd. lib. sed principuè concessioni principis in feudū adiecto pretio venditionem potius, quam feudū dici puto, quia sint contraria feudi cōcessio quæ gratuita est, & pecuniæ perceptio: vt cū simul esse non possint; re vera tamen pecunia numerata sit, re vera itidē in venditionem potius desinat conuentio, vt aut nulla in principe liberalitas, aut absoluta perfectaque præfiniatur, vt cætera omnia. Accedat quod publico auditorio tractabatur. 10. Septemb. 1580. si in permutatione beneficiorum, quicquam præter permutationem simplicem, interuenerit, symoniam insimulatā pro-

probari. quia pura, simplèxq; permutatio esse debuit
 gl. in ca. statuimus. in. ver. super decimis de transact.
 tametsi Baldus in l. j. C. de re. perm. & Boer. decis. 144.
 permutationis, cuius præterea nulla sit in vniuersum
 suspicionis causa, rationem accepta pecunia non im-
 mutauerint, nisi longè rei æstimationem superet. me-
 mini & ab auditorio in mœnians nostris repetita sē-
 tentia memoratum Iasonem in l. Gallus. §. & quid si
 tantum. de libet. & posth. Baldum in l. j. C. vnd. libr.
 sed a Marsilio sing. 105. probari demum, vbi pretium
 rei in feudum concessæ cœquale fuerit: sin secus, ni-
 hilominus feudi concessionem, non emptionem dici
 exemplo permutationis, per gl. in l. j. §. j. in verb. agē-
 do. his verbis, sed qualiter dignoscitur emptor a con-
 ductore: responde, pretium & mercedis quantitas fa-
 cit discerni. ff. de superfic. Bald. in l. ex conuentione.
 C. de pact. & in l. meminisse ff. de offi. procōf. Craue.
 conf. 105. nu. 9. quibus ex locis ex quantitate pretij,
 quid sit venditum, in dubio iudicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Posthumi institutio an ad præsentem, qui erat in v-
 tero testamenti tempore, referatur tantum. ad
 l. placet. ff. de lib. & posth.*
- 2 *Codicillari clausula non confirmari testamentum
 ruptum præteritiõve posthumi incogitati in te-
 stamento. ad authen. ex causa. C. de lib. pra.*

Q V Æ S T I O XXX.

Quod dicitur in l. placet. ff. de libr. & posth. institu-
 tionem posthumi ad futuros etiam posthumos
 pertinere, singulare est fauore testamenti, quò magis
 id valeat, si elici possit voluntas testatoris non con-
 traria. regulariter enim obtinuit, verba testatoris ad
 primum actum referri. in l. boues. §. hoc sermone. ff.
 de verbor. signi. vnde quia postea nati, interpretatio-
 ne, seu extensione voluntatis testatoris vocati videā-
 tur; is autem propriè qui erat in vtero testamenti tē-

pore, cuiq; idcirco causam dedit; effectum est cessare protractionem in futuros, si non in futurum quoque casum, seu qui tractum temporis habere possit, verba accipiantur. vt si concipias Alex. formulã huiusmodi, Posthumum meum, aut ventrem vxoris instituo. quia quamuis primã facie prior posthumus comprehensus sit eo verbo, Meum, facilius in futurum deducatur, cum & futurus suus sit etiam posthumus. multò magis si testator instituisset his verbis, si prægnaus esset, quæ in futurum desinunt l. si debitor. cuius memor est Alex. in d. l. placet. dum superioribus casibus gl. l. ideoq; ff. de lib. & posth. constanter arguit, iisdem vt licet non prorsus rationibus. Nequaquam autem reprehenditur ab Alex. gl. ea alternatiua parte, qua institutionem de nascituro ex tali foemina, ad aliam nõ pertinere scribit; velut ea formula non ita de posteriore vxore sit cogitatum. l. si quid. §. vlt. de leg. 3. Sic ea formula concepta, instituo posthumum qui est in vtero, certam personam demonstratam constat, verbis substantialibus denominato nõ alteri cuiquã aptissimis, propterea nec ad futurum protrahi qui nec est in vtero tempore testamenti, estq; ea species Bal. cõf. 128. vol. 1. cõf. 14. vol. 3. & Bar. in dicta l. placet. Sic ipse hypothefim in præsens ductam tẽpus respõdi, *Dis Et entend sa femme estre enceinte*, & in præsentem personam, *si c'est vne fille. si c'est vn posthume male*. s. id q; in vtero esse intelligeret, q; præsens esse norat in rerũ natura, non naturata licet vt ait Bar. in l. ventre. ff. de acquir. hæred. text. est in l. Falcidia placuit. ff. ad l. Falcid. & arg. l. si is qui 40. vers. neque enim vllũ balneum, aut theatrum, aut stadium fecisse intelligitur, qui ei propriam formam, quæ ex consummatione cõtingit, non dederit. eo. at enim pro nato habetur, suo ex commodo. l. cum quidã. §. j. ff. de acq. hæred. l. qui in vtero. ff. de sta. hom. eiũsq; periculo, qui abortum fecerit, si iam viuificatus esset. sic enim loquitur pontifex

tifex in cap. sicut de homicidio voluntario. rex. in l. si mulierem. ff. ad legem Corneli. de sicar. can. Moyses. 32. q. 2. Verùm igitur an masculis an fœmina esset, dubitaret tantùm. vt sit sensus, *Institue le masle ou la femelle dont sa femme est enceinte*: quæ mihi oratio cū futuro temporis tractu communis esse non potuit: quocirca nec hi videri instituti, qui nondum erant in utero, non directo, quod palam est: nō per extensionē quam vtique præter iuris regulam nō aliter rectè admiseris, quàm verba in futurum conueniant. Dixi & his consequens esse, non confirmari testamentum clausula codicillari: quia cū ex verbis institutionis, de futuris liberis testator coniici non possit cogitasse meritò nec interpretetur cogitasse codicillis: sed de more ad cæteros successores ab intestato, aut institutos liberos verba retulisse, non ad præteritos incogitados, & qui velut ab euentu non testatoris iudicio succedant. l. ab eod. C. de fideicom. seu de quibus in codicillis, eodem contextu & tempore factis, nisi consultò fallimur, non magis cogitarit, quàm institutione: vt si non cogitarit, frustra huc pertinere generalem clausulam eueniat, ex l. tres fratres. ff. de pact. Verùm ea propriè solemnitatem testiū aut istiusmodi si quæ defecerint solēnia firmari, non autem institutiones, quas ex causa præteritionis irritari, licet cætera firma maneant, statuit Iustin. in authen. ex causa. C. de lib. præter. habet quoq; eam opinionem gl. in d. auth. at ni longè decipior, secundum ea quæ proponuntur summa ratione. vid. quæst. Acad. 17. & 27. lib. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 *Contraria simul in eodem subiecto inesse non posse.*
- 2 *Disiunctiuarum & coniuunctiuarum propositionū singularis tractatus. ad l. si is qui ducenta. ff. de reb. dub. & num. 2. & 3.*
- 3 *Ineundi modus maximè dispiciendus, seu in testa-*

mento, seu in contractibus.

4 *Ineundi modus ex clausula. si non valet iuro testamanti. &c.*

QVÆSTIO XXXI.

1 **H**Æ propositiones, illud aut illud factum est, illud aut illud non factum est, sunt contrariæ: nam directò altera affirmat, affirmatum altera negat: vt nec simul veræ, nec simul falsæ esse possint, nec simul eodem inesse subiecto, sed vno posito tollitur aliud, cuiusmodi est contrariorum diffinitio, vt notatur in l. si ancillam ff. pro suo. l. hæc verba ille aut ille. ibi, aut dies aut nox est. ff. de verbor. sig. l. si inter me & te. ff. de excep. re. iud. l. si vt certò. §. si duobus vehiculum. ff. commod. si enim verum est illud aut illud factum esse, verum non est illud aut illud factum non esse, puta neutrum factum, verum non est illud aut illud factum. Sed dum ita concipio alteram earum propositionum partem, illud aut illud factum est, duo continentur oratione, quorum si vnum extat, veram facit orationem, quæ in vnum tantum vim direxit suam. Contraria propositio hæc, illud aut illud factum non est, duo item capita habet, quorum si vnum factum non sit, eadem cōtrariorum disciplina seu notitia. in l. etsi contra. ff. de vulg. vera quoque est oratio: nam non minus verum est, illud aut illud factum non esse. sic igitur si illud factum erit aut illud, do, lego: alterutro facto præstatur legatum, quia illud aut illud factum esse verum est: si illud aut illud factum non erit, do, lego: si alterutrum tantum factum est, præstatur legatum, quia verum est alterutrum non factum. Casus est hic Iuliani, si paterfam. ita scripserit testamento, si mihi filius aut filia hæres non erit, Seius hæres esto: Seius hæres sit, si aut filius aut filia hæres non erit. proinde subiicit, testatorem debuisse verba concipere, Si neque filius neque filia hæres erit, Seius hæres esto: si non aliter voluit Seium admitti, quam neuter hæres

hæres esset: vt etsi plura adiecta essent, quorum vno non facto commissam stipulationem voluisset stipulator: puta, illud aut illud fieri spondes, debuerat addidisse, si nihil eorum factum erit tantum spondes. Posteriore ea specie de iure aperto videtur Iulianus respondisse, vt proculdubio verferetur actor. si enim alioquin alterutrum factum fuisse interesset stipulatoris non video qui alterutro non facto non agat id quod interest. Priorem formulam & ipse Iulianus temperat his verbis, Sed procliuus est testatoris sententiam sic esse interpretandam, vt siue filius siue filia nati ei fuerint, extraneus non admittatur, nisi specialiter hoc testator expresserit. At mihi præter rem est quod propositionis rationem quidam petierint à l. cum acutissimi. C. de inst. & subst. nanq; responsum Papin. ad liberos hæredis scripti refertur, de quibus dubitatum erat, an substituto præferrètur: in casu Iuliani de proprijs testatoris liberis agitur, quos nemo naturaliter substituto prædilectos dubitauerit. quam ob rem que summo iure supra exposita sunt, variè aut ex modo ineundi contractum, aut ex voluntate testatoris temperari solent, seu quod vtrunque complectitur Paulus in l. sæpe. ff. de verb. sig. ex re. id est, ex negotij natura, qua fit. vt & disiuncta coniunctam referat ea formula, lego fundum & eius vsumfructum accipitur enim dictio, &, in naturam dictionis, aut; vt sit sensus, lego fundum aut vsumfructum quem ex alterutro elegerit legatarius. l. si Titio fundus. ff. de vsufr. leg. Natura, inquam, negotij id ex postulare. quia si fundum legare simpliciter testator voluisset; solita & consueta oratione simpliciter legasset, non & vsumfructum, quo præmittimus fundum penes alterum esse quippe eorum natura fieri non potest vt propriè quis vsumfructum habeat & propriè fundum: ratio ex tempore est, vsusfructus est seruitus, in alieno igitur fundo constituenda. nam absurdum sit, rem nostram no

bis seruire dixisse. Itemq; si mandentur duo efficiēda coniunctim, quorum vnum expleri nequit, sufficit alteri satisfactum ex facti contingetia. ca. cū dilecti. 6. præterea de dol. Feder de Senis cons. 90. Cra. cons. j. n. 5. Bart. in l. nummus. ff. de verb. sig. Eadē quoque inquisitio diiunctiue conuenit, vt plerunq; coniunctiue vim habeat: puta, ait Paul^o, si super pecunia aut tutela tutor datus est. quia cum tutor pro parte esse non possit, absurdi vitandi gratia, dictio, aut, coniungit. cuiusmodi casus est. in l. 3. de adult. in legibus Lōgobard. Sic etiam vetere explosa quæstione, si inter personas legatariorum sic adijcitur, Seio aut Mæuio hæres dato, interpretatationem recipit, Seio & Mæuio dato. in l. cū quidam. C. de verb. sig. ne hæres cum altero paciscens aut hi inter se, aut nullum, aut læui^o præstetur legatum. Qui sensus aptetur quoq; si inter personas hæredis sic concipitur oratio: Mæuius aut Seius hæres dato, vt in l. 8. de le. j. ne dū hi fortē disceptat dolo vter grauat^o sit, astringatur legatū. Sec^o si sic concipio: si Titius vel Mæuius hæres decesserint sine liberis. nam vno mortuo substitutus admittitur, nisi ratio sanguinis coniunctionem faciat. l. generaliter. C. de inst. & sub. & dixi quæst. Acad. 63 lib. j. Legata autē re illa aut altera, non idem contingens futurum percipitur, quia hæredis nihil quoad rē in sit arbitrij, vt qui vnā præstare omnimodo debeat: quinimò testatorem non admodum diuersa congesisse præsumptio sit. facile. n. recensere poterat, legatariū optimam electurum, per l. Lucio Titio. de leg. 2. ac subsequenter non æquē ferendum grauiter disiunctiuam in sua permanere natura. Similiter si cū longē interesset testatoris in vtrunq; ex alternatiuis nihil commissum, pro coniunctis disiunctas acceperim, puta dixisse, si testamentum non valeat iure testamenti & iure codicillorum, resoluator in disiunctiuam hęc, aut iure codicillorū, q̄a ponitur inter incōpassibilia, vt ait

ut ait Bart. in l. j. nu. 4. ff. de iur. codicill. at ille resolu-
 utur in disiunctam, & ut sit hæredis electio, si nõ va-
 leat iure testamenti, adeat ex codicillis in vim fidei-
 commissi excluso substituto, quæ natura negotij seu
 voluntate testatoris non aliter admittendum relin-
 quitur, quam vterque casus non extiterit, eoq; pene
 mirabiliter, Et, in coniunctam, & rursus in diiunctã
 eodem orationis filo transformanda. Ex modo ineu-
 di percipitur. atq; is esse solet, volo testamentum va-
 lere iure testamenti, & si non valeat iure testamenti,
 valeat iure codicillorũ. vt prætermisissis fortè solẽnib;
 quæ testamẽti naturam perimunt, codicillis nihilo
 magis efficiunt. Iulianus ex ea quoq; sententia si te-
 stator scripserit, Si filius vel filia nõ gignetur, hæresq;
 nõ erit, Seius hæres esto: procliuius existimat nõ ad-
 mittẽdũ Seiũ, seu filius seu filia gignetur. quia prima-
 rius ineundi mos præmittendus esset. filiũ nasciturũ,
 aut eo nõ nato, nasciturã filia hæredem instituo. Sed
 etsi plus, minũve scriptũ sit, longè interest testatoris
 Seiũ non succedere, seu filius seu filia nascatur. Pu-
 tabam & hinc diffiniri quæstionem, si hæres sine li-
 beris vel sine testamento moriatur, Seius hæres esto:
 hæres decesserat sine liberis, sed cum testamento, an
 Seius rectè ageret? testamẽti potestã heredi testator
 fecerat tacitè, ac cõsequenter inest tacitè Seiũ substi-
 tutũ, testamento facto repellendum. Itemq; rursus,
 quia inutilis & superuacua fuisset formula substituti-
 onis, quæ ferè in puram, nõ conditionalem, desitu-
 ra esset. si. n. natis liberis heres non fecisset testamen-
 tum, substitutus & eum in conditionem incidisse nõ
 facto testamento proponeret, seq; eadem rõe admit-
 tendũ. At ipse hæredẽ igitur & liberos habuisse oport-
 tere, & testamentum fecisse, atq; eo vtranque propo-
 sitionis partem extitisse diiunctiua & in coniuncti-
 uam, aut transformata, planè reprobõ, quia de vtri-
 usque existencia testator non cogitavit. illud autem

substitutum sub duplici conditionis figura vocasse, si hæres sine liberis decessisset, aut liberis non susceptis, si sine testamēto decessisset, quasi ne dum liberos instituti substituto prædilexerit, sed eos quòd testamēto hæres vocasset, vt tamen testamento nō facto locū daret substituto. Esto apertius ineundi repetito modo: hæredem instituo & eius liberos, si sine liberis decesserit, aut si sine testamento decesserit, substituo in fauorem hæredis alternatiua deprehenditur, quia huius factum speciatim refert, vt altera existente excludatur substitutus. Esto exin sic contraria formula, Si nauis ex Asia venerit, aut Titius in Capitolium non ascenderit, do, lego. cū primū certum est Titium in Capitolium ascendere non posse, aut nauim ex Asia venire non posse, fit locus legato; quia conditio nulloperè hæredis factum habet, sed seorsum aliunde desumitur. Itaq; & ea formula, Si sine liberis aut sine testamento hæres decesserit, non minus liberi hæredi à testatore precantur, quàm testamento, eadem oratione, eodemq; filo. vtraq; dispositionis parte habita. Cū igitur vtriusq; detur hæredi facultas, in alterutrā actum esse sufficit, ne succedat substitutus. d. l. generaliter. ibi, aut sine liberis, vel sine testamento. & l. cū pupillus. §. si. ff. de cond. & demonstr. l. Titio vsusfructus Stichis, aut si nauis ex Asia venerit, decem legata sunt. ff. de vsu & vsufr. leg. Poteram ad eā controuersiam commentarios congerere ex Bart. & aliis, in l. si is qui ducēta. & l. si quis ita stipulatus. quæ est. 129. ff. de verb. oblig. sed tum si quid bene compositi responsi in mænianis nostris extemporaneè esset diiudicandum, relinquerem duxi: tum quia malim me tot voluminibus contrariis & subcontrariis liberatum, quàm his longo æuo perlectis, non minus tamen dubius versari, vexari que.

S V M M A R I V M.

1. *Negatiuam quid reus probare non compellatur.*

2. *Ne-*

- 2 *Negatiua implicitam, habere debere affirmatiuam, vt probari possit. § contra. nu. 3.*
- 3 *Affirmatio an magis affirmet, quam negatio neget. § nu. 4. seu vniuersalis. seu indefinita.*
- 4 *Negatiua quandoque fundamentum est actionis § probanda. § quid ad priorem tantum actum non solum refertur. secus in affirmatiua. § nu. 5. § quast. 23. nu. 2.*
- 5 *Indefinita non representat vniuersalem in odiosis.*
- 6 *Affirmatiuam ex duplici negatiua nasci.*

QVÆSTIO XXXII.

Eius quod non esse in rerum natura reus excipit, qualitates nullæ sunt: quocirca conuentus ab actore negatiuam probare nõ compellitur: quid enim probabit, quod non esse posuit! sic est actore non probante, reum absolui, etiam si nihil præstiterit. Sed acutissimè pontifex in ca. bonæ. de elect. nulla est, inquit, negantis factum per rerum naturam directa probatio, at indirectè potest esse, namque vbi reus negauerit si, probationum vim omnem discutiendam actori reliquerit, futurum est probatam affirmatiuam probanti victoriam proferre. Cui morbo tutissimè remedium à probationibus suæ exceptionis petat necesse est. .i. in exceptionibus reū partibus actoris fungi oportere. ff. de probat. quod sit implicita negationis affirmatiua, vt si venditor deceptum se vltra dimidiam iusti prætij, affirmauerit, emptor negauerit, indirectam affirmatiuam, rem venditam minoris constasse, ponat, probetq;. Est igitur is modus probationis negatiuæ, ac facilis si affirmatiuis modis resoluitur, aut si loco & tempore circumscribitur, vt verius sit testes de affirmatiua propriè dicere, licet in consequentia & negatiuam probent. Ex facto mihi id quidem respondisse incidit venditori, cuius productos testes emptor in negatiuam dicere opponeret, proptereaque nec plures preferri paucioribus trito pra-

cticus verbo, prævalere vnius testis affirmatum mille
 3 t-estium negato. Sed præterea nudum simplexq; ver-
 bum suspectum dixi, quod & in affirmante obtinue-
 rit solam testationem prolatam, nec aliis legitimis
 adminiculis causam probatam nullius esse momen-
 ti. l. solam. C. de testibus. vt æquè simpliciter affirma-
 ti, & æquè simpliciter neganti nulla sit fides, sed vtri-
 que, si rationem dicti aperiat. At vtrumq; plerique
 sentiunt, si testificata desinant affirmatiua, quæ & af-
 firmatiuæ & negatiuæ propositionis ratio per illud
 quod est, quod non est probat. Ego meo modulo sic
 rem habeo: negat testes a Titio occisum Seium, ratio
 sententiæ, quia loco & tempore quo occisus est Seius,
 aderant, nec visus est tamen Titius: aut quia eodem
 tempore aderant alibi cum Titio: qui modus proba-
 tionis negatiuæ, in criminalib. frequentissimus est. nã
 vnus idenq; diuersis locis simul semelq; esse non pōt
 sunt. n. singularia quæ cōtrā inscia natura memorat.
 Ro. decis. 349. quam refert Boer. decis. 365. sic cōcedi-
 tur probari quod non esse constituitur. s. Titium non
 occidisse Seium; affirmatiua media. contraria enim
 suis elucescunt contrariis, nec idem vnquam per idē
 dignoscitur: atq; illud est, quid eandem rationem di-
 cti cum dicto a forma argumenti cuiuslibet, abijciat.
 Eoq; ex loco affirmationis probationē implicita vr-
 geri negatiua, & eo quod non est, probari illud quod
 est, contingit. Nam si testes. Seium a Titio occisum
 dixerint, interrogari, causam dicti referet, quia cum
 aut factō adfuerint, aut conuitium audierint accesse-
 rintq;, statim nullum, præter Titium, deprehēderint:
 4 sed is est propositionis finis, nullum alium præter Ti-
 tium, Seium occidisse. Sunt autem earum proposi-
 tionum hæc singularia, vt plerunque affirmatiua sit
 actoris propria, negatiua rei, cui adhibito possessio-
 nis commodo, negare sufficiat, exceptione omnibus
 cognita acceptaque transferēdis in actorē probatio-
 nibus

nibus aptissima. l. asseueratio. C. de nō num. pec. Sed
 vbi negatiua institutæ actionis fundamentum pro-
 ponitur, reo, qui commodo possessionis affirmatiuā
 iunxit contrariā, subuenitur præsumptione quæ ne-
 gatiuæ probationis necessitatem in actore moueat,
 apud Alex. conf. 124. vol. 7 per l. hoc iure. ff. de verb. o-
 bli. casus est de non numerata pecunia, in l. in cōtra-
 ctibus. C. illo tit. in l. j. C. de probat. & de instituta ne-
 gatoria in casu seruiturum. in l. si prius. ff. de oper. no.
 nūciat. gl. in l. 2. ff. si seruit. vindic. atq; is publico au-
 ditorio discussus à D. Castellario, quo substitutus nō
 impletā ab herede voluntatem defuncti, asseuerabat,
 per Salicetum in auth. hoc amplius. C. de fideicō. Alia
 præscribitur differentia, vt quamuis vniuersalis affir-
 matiua, & vniuersalis negatiua æquales sint: neq; .n.
 magis totū quis negat altera parte, quam altera quis
 totum affirmet. l. Iulianus. de le. 3. l. a procuratore. C.
 mand. l. oēs. C. sine cen. vel relig. not. Oldr. conf. 268. 5
 indefinita tamen negatiua longè magis neget, quam
 asseueret affirmatiua, vt si de seruitute quæritur, qua
 quis sibi deberi lumen contendit, aut ne luminibus
 officiat. in l. luminū. ff. de seruit. vrb. præd. not. Ce-
 pol. tit. ne prospec. offi. & tit. de ser. lumi. In affirma-
 tione vniuersali exemplo sit ea species affirmatiua,
 Collegæ fecerūt; negatiua, Collegæ nō fecerūt; prior
 vera tu demū cōceditur, si qui ex collegis fecerint: po-
 sterior, si nemo profus. Negationem indefinitam, æ-
 qualē vniuersali habes; affirmationē indefinitam, nō
 æquē vniuersalem: neq; .n. si dixeris, Collegæ fecerūt, 6
 omnes fecisse sequitur, vt animaduertit Decius conf.
 3. nu. 5. & conf. 146. gl. in l. j. ff. de re. perm. ea propo-
 sitione, In vineis Bononiēsis nascitur bonum vinū,
 non sequitur ergo in qualibet vinea Bonon. nascitur
 bonum vinum. trad. cæteri in cā. 4. de elect. in l. si cui
 lana. ibi tincta non continetur, nisi omnem dixerit
 de leg. 3. in l. Coiri. l. quæstus. & l. 3. 6. cū speciali-

ter omnium bonorum. ff. pro soc. l. 2. ff. de li. & posth; vbi tamen singularis indefinitæ natura sublimitatur in odiosis, quæ vniuersalem repræsentari non sinant. vt si simpliciter concipitur, filius ex hæres esto; si plures sint filij, nullus est ex hæres. atque exinde quamuis vniuersalis indefinita possit aliqua interpretatione ad priorem tantum deduci actum. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. signif. non idem est negatiuæ iudicium. nam in eâ. inciditur, quoties & minimè quid contrà sit. gl. in cap. statutum. in verb. nullum. de rescip. Sic legatum vxori donec castè vixerit, debetur, secundò licet nupserit, autore Bar. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. nunquam posset nubere mulier cū legati commodo, si negatiua esset conceptio, si non nupserit. per gl. in l. hoc genus. in ver. nubendo. vers. quia prohibitio indistinctè facta generaliter est accipienda. ff. de cond. & dem. §. Regulis quoque & priuilegiis constitutis contrariis, negatiuum permissiuo præualet. l. j. & l. si Rufinus. C. de testamēto militari. Casti, in l. non est nouum. ff. de legib. Dec. conf. 44. & cōs. 147. Hæc ferè sit ratio, quodd à permissis impunè abstinemus: nō æquè impunè negatiua lex vetat quidquam, aut iure prohibitiuo recedere potest quisquā apud Bal. conf. 218. vol. j. Subiicitur, affirmatiuam ex negatiua duplici adnasci, si aliter nullus assequatur propositionis sensus vt si scripseris. Nolo testamētum non valere necessario fit me nolle non existentia contraria, nisi pro: fus hæc altera negatiua nullius momēti sit sufficiebat, n. dixisse: Nolo testamētum valere. casus est in l. duobus. ff. de ver. sig.

S V M M A R I V M.

- 1 *Negatiua, duplici, simplici, que, singularis explicatio. §. num. 3.*
- 2 *Nihil, quid sit.*
- 3 *Vacuum, quid.*
- 4 *Negatiua, triplici natura. §. num. 5.*

3 *Dialecticare, quid Baldo.*

QVÆSTIO XXXIII.

AT qui summopere aduertendum id esse, quia posterior orationis pars priorem negat directo, vt dum affirmatiuam directo constituendi, directo obijcitur negatio: puta, si interrogo, An feceris, respondes, Non fecisse. Sed etsi pono neminem nihil fecisse, quamuis videatur negatiua duplex, negatiuæ naturâ non egreditur propositio. l. fluminum. vers. nemine nihil faciente. ff. de dam. infec. ferè quia hæc dictio nihil non tam propriè neget, quàm vniuersalem ponat non existentiam, quasi cum non sit, sit aliquid, puta nihil. dicimus enim Nihil est, eoq; substantiam non existentia prima facie dicimus, quam extra metas vniuersi huius scitè constituit Sallustius:

*Car il n'est rien qu'un tout qui clost de son
clôs tout,*

*Dont la sur face n'a milieu, ny fin, ny bout,
Il n'est qu'un vniuers, dõt la vouste supreme
Ne laisse rië dehors, si ce n'est le rien mesme.*

Sed nostri ad qualenqualem substantiâ referunt nõnunquam. his enim, parum, inualidum, & nihil paria sunt. in l. illud. §. minus. ff. de tribut. l. minus solum intelligitur, etiam si nihil solum est. glos. in l. j. ff. de con. cum eman. lib. no. in l. j. ff. quod quisque iur. sic. & ipsum vacuum, ad locum in quo non sit ædificium. in l. prætor ait. §. siue autem locus vacuus sit. ff. de op. no. nunc. & ventrem vacuum ad eum qui sit sine foetu. in l. cum quidam. ff. de acq. hæred. mulierem vacuum, seu vacantem, ad eam quæ maritum non habet. l. qui coetu. ff. ad l. Iul. de vi. publ. fundum vacuum, ad eum qui à nemine possidetur. l. 3. ff. de act. empti. l. 4. §. penult. ff. de vsucap. vbi de possessione vacua. & §. quod autem. Instit. eo. Ad rem autè

est quod quærimus idiomate quoque Gallico dilucidus, *personne n'a rien fait*: nisi velis ea forte oratione negatiuam totam formulã esse, propter triplicẽ negatione, in quã Gallico verbo re vera resoluitur: si quidẽ in duabus negatiuis, altera dum alteram negat, *ponit* aliquid quod, dum adest tertia negatio, rursus tollitur. vt perinde sit dixisse, nemo fecit. Propterea si factum quid esse tenebatur, cum illa dictio, nihil, nõ sit cathgorica directa negatio, debuerat ita cõcipi propositio, Nemo nõ fecit, Nemo nõ cõtradixit: pro cõs fecerunt, omnes contradixerunt. Nec aliena est locutio huiusmodi, Nuquam feci, quæ negat profus: Nõ vnquam feci, quæ ponit aliquando factum: Nonnũquã nõ feci, quæ nihil omnino factũ constituit. Tres verò negationes, de quibus Valla li. 3. ca. 27. vt, Nunquã mihi nec obfuisi nec profuisi, non rectè his verbis explicantur duobus plus efficere, cum nec videantur inesse tres negationes, nec duæ: vt consequenter non idem efficiant quod dicit, sed vna tãtũ negatio subsit totius quod proponebatur, si modus incundi hic perspicitur, an profuisset, an fuisset aliquis. quod vtrumq; eadem oratione negatur. Sed si pertinax tres esse negationes persequaris, quid ad rem an affirmatiuã aut negatiuã efficiant, rebus distinctis vna cuiq;, non duplex cõuenit negatio. quod paulò minus præsentum a Bart. in l. manifestæ turpitudinis nec iurare, nec iuramentũ referre. ff. de iureiuran. Idcirco quilibet negationẽ nõ esse oporteat, vt legi satisfiat. vt. l. j. C. de furt. aut voluntati contrahetium, quæ maximè in d. l. j. attẽditur a Bal. an is qui negat, intendit negare, aut dialecticare, vt loquitur: ea exẽpli gratia stipulatione l. si sic stipulatus sum. ff. de verb. oblig. ff. neque, per te, neq; per hæredem tuum fieri spõdes. Tot enim stipulationes negatiuas esse constat quot res, aut subinde nec in vnã committi posse præter vitiũ stipulationis: vt mirum sit, quid contrariam effingant legem

legem Bonæ. §. hoc sermone ff. de verb. signif. si. quā
 contra, negatiua nunquam in cōtrarium quidquam
 admittat. namq; ex modo stipulationis planum est, si
 tu feceris, non minus commissum esse in stipulatio-
 nem, si & hæres tuus fecerit. Illud autem propriè est
 contrarij loco, quod nec tu, nec hæredes tui, nedum
 primo loco, sed nunquam contra facere possitis; vt
 quoties cōtra feceritis, committatur stipulatio, secus
 si factum conuenisset. Ratio differentiæ, quia dū non
 facere polliceor, si semel non cōtrà feci, dum cōtra-
 facio, postea, non facti prius vim tollo, habeoq; pro
 facto, vt ita nec semel satisfecisse videar, seu perinde
 sit me nunquam satisfecisse. Diuersa est facti cōside-
 ratio, si prōmiserim facere, vt Lucius centum habeat,
 aut vt tibi ire agere liceat: nam si re verā semel præ-
 stitero, id indiuiduum non potest nasci sæpius, nec fa-
 cta haberi pro infectis: sic planè nec præstari sæpius,
 quippe amissis centū quæ feci vt haberes, aut si nullo
 meo facto tibi extrinsecus ire agere non licet, dū ite-
 ratò centum petis, aut tibi agere licere, videris quid
 diuertim a priore stipulatione petere. Alia est negati-
 uæ species huc subiiciendā ex gl. in can. fornicari ho-
 minibus semper nō licet. 88. dist. ait enim pro Nun-
 quam sententiam accipi, velut scriptum esset nihil li-
 cere, vt si scriptum efūngeretur, Non semper licet, de-
 fendi posset negatam tantum subsequentem dictio-
 nē, Seper, idq; positum, aliquando igitur licere, non
 secus ac si scriptum esset, non nihil licere. Alia itemq;
 ex l. quisquis. ff. de verbor. sig. quò ex loco, hæc formu-
 la, Non dubito quin Labeonis sententia vera non sit,
 negatiuā simplicem habere intelligitur: vt sit sensus,
 Non dubito quòd Labeonis sententia vera nō est: seu
 Non dubito quin Labeonis sententia falsa sit, pro,
 quòd non Labeonis sententia falsa sit. hic enim affir-
 mare altera formula dictionem, quin, necesse est: nisi
 ferè alioquin peregrina duraque ad modum hæc sit

reductio, Non dubito quid non Labeonis sententia vera non sit. Aduertenda quoque illa est species in l. si verò. §. de viro, ff. sol. matr. ibi, in quibus igitur casib⁹ lex deficit, non erit nec utilis actio danda: duplex videtur negatio prima facie, sed non eadem est illa dictione Nec, quæ potius negatū prius declarat & ampliat: vt sit sensus. In quibus casibus lex deficit, nec etiam utilis actio dabitur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Negatio facti proprij coercitio in casu non numerata pecunia, & aliis plerisq; casibus.*
- 2 *Falsum committi tacendo, celādo, aut perreceptionem hominis. & nu. 3. in fin.*
- 3 *Affirmativa mendosa quid non aequè punitur ac negatio. ad l. cum de indebito. ff. de probat.*
- 4 *Mendax semel, facile deinceps mendax censetur.*

QVÆSTIO XXXIII.

IN communi verò eo reorum loco nō impunè grafari licitum, sed si alienum factum ponitur, cuius ignorantia probabilis est: facti proprij negatio quæ ad scripturā, aut numerationē pecuniæ dolosè refertur, his verbis coercetur. Qui propriam scripturam qua conuenitur, abnegat, vel numerationem inficiatur, cōuictus in duplum condemnatur. quòd si post numerationis inficiationem, prætetendat solutionē, omnino in solidum exigitur, nec prodest iam facta solutio. authen. contra qui propria. C. de non nume. pec. atque hinc in mendacij repressionem, in duplum fit cōdemnatio, nihil licet debeatur. cuiusmodi exempla petuntur à tit. de oblig. ex contractu. §. fin. instit. & l. contra negantem. & l. inde Neratius, vers. hæc actio aduersus confitentem competit in simplum, aduersus negantem in duplum. ff. ad l. Aquil. Sed ipsum odio mendacij defenditur in negante, quid, non æquæ mendosa actoris assertio punitur: is enim dū numeratam petit pecuniam sibi postmodum solutam, dolo

dolo vera dissimulās, falsus & mendax est, p l. ea quæ. ibi, siue in iuris narratione mendacium reperiatur, siue in facti, siue in tacendi fraude. C. si cont. ius vel vtil. pub. seu in computatione, seu in ratione mentitur. l. quid sit falsum. ff. de fals. seu celando testamentum, seu instrumentum quodlibet, seu sententiam. l. cum qui. ff. eo. Bart. in l. ij. §. si quis dolo. ff. de tab. exhib. Oldr. conf. 183. seu celando hominem liberum. l. j. ff. de receptat. arg. l. si à te. C. de pac. int. emp. & ven. Ecce igitur mirum cum perat solutam pecuniã actor mēdax sit, at ne dum punitur, sed binam solutionem consequitur; an non oportuit potius, mutua delicta mutuã compensatione dissolui? vt dum mendosē ac falsō pecuniã à me petis, quam tibi esse solutã nosti; impunē & à te fuisse numeratam negem, atq; si ipsum probaueris, alia possim vti exceptione petita à solutione, aut à debita eadem pecunia, ex specie. l. cū de indebito. ff. de probat. vbi actor cum numeratam asseruisset, ac negasset reus, probata ab actore numeratione, reus debitam fuisse pecuniã probat, quid potius debitam probat, quàm solutam, in d. authen. contra qui propriam. vers. nec prodest iam facta solutio: eo enim fit superuacua Bart. inquisitio, qua vtraque lege in pœnam negationis, probationis onera in reum trāstulit Imò verò in d. authen. nihil prodest facta solutio. d. l. cum indebito prodest debiti probatio. at nec quidem huc pertinet quod Bar. in d. authen. & Din. in ca. nullus pluribus. de reg. iu. in 6. pugnares de exceptionibus pluribus contrariis congerunt: nam numeratam esse pecuniã, & non numeratam esse contrarias propositiones licet dici profiteri; numeratam esse pecuniã & solutam esse postea, aut debitam esse postea, non video quid contrarias esse iudicaueris, cum possit vtraq; vera esse: scilicet & numeratam pecuniã, & solutam, aut debitã. Multa illi, ego paucis his agam. Eius qui petit nume-

ratam pecuniam. tamen si postmodum solutam, non
 compensatur tacitum mendacium cum mendacio
 negationis numerationis: singulari exemplo, quo, pro-
 xima superiore quaestione dixi acceptum a nostris, ma-
 gis negare negatiuam, quam affirmet a. r. natua. sic
 ad rem, si negauerim numeratam, fieri non potest
 quin probata numeratione sit negatio falsa: sed
 petita pecunia, quamuis solutam probet reus, ad-
 mittitur præter contrarium in hanc aut alteram
 causam solutam, aut quod solutum est in hanc aut
 alteram causam debitum; vt potuerit actor verifimi-
 liter pecuniã petere, reus nequaquam verifimiliter nu-
 meratã, re vera non numeratã excepisse, præterea p-
 bata numeratione id interfit inter probationem so-
 lutã & probationem debitã, prior reiicitur, nõ item
 posterior: prior, inquam, reiicitur, quia solutio in de-
 bitoris facto sit, q̄ nõ potuerit aut tãdiu recidere præ-
 ter falsi suspicionem. l. si quis fortè. §. j. vers. non enim
 debuit rem tam magnam tandiũ reiicere. ff. de pœn.
 cui sententiã hæret. Paulus in d. l. cùm de indebito.
 vers. qui soluit, nunquã ita resupinus est, vt facillè suas
 pecunias iactet. Posterior autem procedat exceptio,
 quia proximius sit factum actoris quod ipse debet,
 quã rei cui debetur: subinde facilius, ac præter falsi
 suspicionem, excusationem habeat debiti probatio,
 quam potuit ignorasse antea: seu si sic iteratò explica-
 uero, quia priore species vt rei prius factum, numera-
 tio quam ignorare non potuit, perperam negatũ de-
 prenditur, suum quoq; alienum id factum, solutam
 pecuniam, perperam, probatũ intelligatur; quasi non
 minus vnum, quã alterum falsũ. ex l. si cui. §. iisdem
 vers. puto non facillè admittendum eum, qui semel ca-
 lûniatus sit. ff. de accusat. gl. in ca. accepimus. in verb.
 reputare. de æt. & qualit.

S V M M A R I V M.

1. *Infirmum recusari ab actore, si legitimam in-
 promo*

promptu probationem habeat. Sibi, de iureiurando non dato ab initio litis, Sin casu non numerata pecunia.

- 2 *Probatio per scripturam publicam, admittitur contra iuramentum actoris, aut rei. Vbi § de probatione non numerata pecunia. § n. 1 cod.*
- 3 *Infirmitatis dolosa represso, multum ex casibus singularibus.*
- 4 *Eidem hosti seruandam.*

QVÆSTIO XXXV.

Accedat singulare id quoq; facti proprii, tamen si quod dicitur de como, rei probationes non exhauriendas l. j. C. de eden. ex propria rei conuerti persona iureiurandi delatione excipiantur d. auth. contra qui propria. non idem post lapsum biennij de actore iudicium. l. in contractibus. §. illo. vbi Bar. C. eo. quia ius illi questum sit in preiudicium presumptionis, quæ alioqui excipienti reo prodesset, seu etiam, ne suo periculo in vim prouisionis feratur sententia: quod subtiliter defendit Auerius publico auditorio, die 20. Iunij. 1581. & obtinuit. Quapropter & acceptum foro conijcio, nec offerri ritè iusiurandū, si instrumento continetur re ipsa numeratā pecuniam, æquissima limitatione. l. manifestæ. ff. de iureiur. ac statuti D. Amedæi lib. 2. quo cauetur iureiurando diffiniri causam controuersam, cuius tamen agentes ignari non fuerint. Illud autem quia aut lege, aut aperto tenore instrumenti diffinitam rem denuò instaurati ab actore tam leuiter sibi constante graue sit. l. sub pretextu. C. de transact. l. admonendi. vers. quod si alias inter ipsos. ff. de iureiur. Præsertim dico si probationum modus ab eo petitur, qui aut legis, aut instrumenti probatā presumptionem habet, vt in auth. de fi. instru. §. si verò. aut si prius delato iureiurando reuocato eo testiū probatione petita, cum hac probationē desperauerit, ad rei religionem conuolauerit: sic enim loquitur Iustin. in l.

si quis iurisiurandi. C. de reb. credit. qua de re late Bald. in d. 6. de illo. Castr. in l. fi. col. 3. ff. de fer. Dec. in cap. sicut cōsuetudo de probat. singulariter in addit. ad Imbertum cap. 56. lib. 1. vbi & de eo agit, an si cūm antè de iureiurando actum nihil sit, à probationum productione litigantes exclusi sint, possit iuramentū deferri. Ceterū inuicto veritatis priuilegio, Esdr. c. 4. lib. 3. testibus non numeratam potest reus probare vtraque specie, per gl. in l. generaliter in verbo, religionem. C. de non numerata pecunia. Multò magis instrumentis, quæ prius agenti incognita, manifestò mendacij reum arguant: vt si legatarius sciens amissum ab hæred. instrumentum testamenti, iurauerit sibi eo legatum quidpiam, possit hæres de testamento contrario postmodum reperto docere l. fi. C. de reb. cred. versic. melius visum est ab eo repeti legatum, vel fideicommissum, nullumq; ex huiusmodi periurio lucrum ei accedere. not. Rebuff. tract. de restit. Arrestū quoque in senatu latum est. atq; huiusmodi quāplures loci extant apud gl. Bart. & Bald. in d. l. sub prætextu. Bart. & Cast. in l. sed si dubitetur. ff. de fideiuf. in l. etiam. 6. licet vbi & Alex. ff. solut. matr. in l. et si legibus consentaneum. C. si cont. ius vel vtilitatē publicam. Et ex præmissa disceptatione ad pœnam indictam dolosis inficiationibus apud Dyn. in ca. nullus pluribus. de reg. iur. Quas tamen si per otium nō licet ab eo libello repetere, subsequenti exceperis cōpendio, multasq; superadditas. Si quis conuentus de pauperie facta à quadrupede, neger suam esse, conuictus nec audiatur si eandem pro noxia obtulerit. l. j. 6. interdum. ff. si quadr. paup. fec. dica. si quis semel negauerit se appellasse, non potest appellationem fateri & eam prosequi. Crau. cons. 255. in fin. per cap. ex ratione. de appellat. Si quis causa sui lucri, aut aliter dolo, quem esse locupletem aut idoneum dixerit, talem præstare debet. l. & eleganter. in fin. ff. de dol. Si quis

quis conuentus rei vendicatione negauerit se possidere, conuictus possessionem celatam falsò amittit. l. si. ff. de re. vind. sic & vniuersum præsumptionū beneficium amittit falsò negans, vt à Baldo refert Mathesil. sing. 12. nu. 27. Si quis cōuentus hypothecaria, negauerit rem debitoris esse, cōuictus in dominio, à iure prioris hypothecæ cadit. auth. de trien. & semis. §. illud Bald. conf. 189. vol. 3. Si filiusfamil. se patremfam. simulauerit, & mandante aliquo stipulatur sit, mandati tenebitur in solidum: licet alioqui de peculio tantum. l. 4. ibi, etiam si facere non possit, conueniendum propter mendacium. & l. eum qui. ff. quod cum eo. Sic etsi mulier fundum dotalem non esse, & minor mendax se maiorem esse dixerint, Velleiani & restitutionis in integrum beneficium amittunt. l. si sine. C. ad Velle. Alex. conf. 109. vol. 4. vbi & de eo agit, qui vendens fundum, dicit Titium ius tantum habere, sed effecturum vt esset dominus directus. l. 1. & 2. C. si minor se maior. dix. Si quis affirmauerit hæreditatem minimam, & eam emerit ab hærede, nō est habiturus de dolo actionem. l. si quis. ff. de dol. mal. Si quis affirmauerit, merces alterius esse, eisq; alienum signū apposuerit, ne solueret vectigal; amissione mercedis damnatur. l. j. de nauib. non excus. li. 10. C. licet quædam contrà sint apud Boër. decis. 300. per text. in l. si. §. si quis professus. ff. de public. qui locus mihi ad sententiam Boër. contrariam, non satisfacit. Diuersum est plerisq; si cum falso suggeras, apertè negē: seu etiam me in falsi laqueum ducturus quid veri ponis. Sic enim Boër. decis. 339. conuentum de mutuo per soluto, negare suadet numeratam pecuniam, & absolutè mutuum. Idem Decius in l. ea est natura. de reg. jur. aduocato iustam causam fouenti concessit. cui tamen non nihil obstat. l. 2. ff. de condict. ob turp. caus. obstant verò omnia si scelerati partes sustinuerit, soloue consilio, Mantua. secutus Panor. singul. 456.

Cæterùm ergo contenditur fidem frãgenti, quod vetus verbum est, fidem pïdem frangi. not. in l. cum proponas. C. de transac. l. j. ff. de const. pec. Bald. in l. si pater. C. de nouat. gl. in l. cū in plures, §. mandati. ff. locat. & aduersus hostem, aut latronem machinari licitum, pro solertia re accepta & dolo bono. in l. j. ff. de dol. ma. vbi & dolo malo fraudem repellit gl. in ver. hostē. Alc. præsump. regula 3. præsump. 27. ratio sententiæ est a iure recõuentionis & cõpensationis, quo eodē genere par pari refert, hostemq; remordere liceat: vt si remissis animis ei fides detur, isq; nihil contra moliat, eodem compensationis iure seruanda quoq; sit. can. 3. 23. q. j. Nec distinguit Bar. i. q. nu. 24. militem à duce exercitus, præterquam si contra publicam vtilitatē fides data fuerit: at ipse, vt vis obiter mouerim, videri ea specie frustra de data fide quaesitum, nisi huius potestatem manipulari militi liberã facimus, inuito Modestino in l. 3. ff. de re milit. his verbis, In bello qui rem prohibitam à duce fecit, aut mandata nõ seruauit, capite punitur, etiã si res beneficesset. Diuersum autem repetitis superioribus & illud subiicio, si quis negauerit homicidium fecisse. conuictus enim, quò vim vi propulsaret se fecisse, excipere, probaréque iure poterit, authore Boër. decis. 243. colum. 4. Papon. titul. *Des preuues & prafomptions*. refert arresto prænotatum. ac defendi solet ex l. transigere. C. de transact. l. i. vetficul. ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualitercumque redemptum voluerit. ff. de bo. eod. qui sibi ante sen.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sanguis anima habitat. Vnde prohibitus à Pythagora vsus cruentus carniũ, contra à Mosè quoad carnem, sed idem quoad sanguinem.*
- 2 *Sanguinem estantem interfectorem iudicasse.*
- 3 *Imaginationis vis.*

- 4 *A sanguine petenda rerum spiritualium inuestigatio. § nu. 4.*
- 5 *Hoftra loco, qua, prater sanguinem, habita olim.*
- 6 *Sanguinis acceptiones multiplices.*
- 7 *Substantia quid sit. § ibi, de substantialibus contractuum.*

QVÆSTIO XXXVI.

Sanguinem pro vita acceptum Vlpiano, in pròptu est, seu metonymicè pro anima cuius habitatio fit in sanguine, can. Moyses tradidit, 32. q. 2. his verbis, Anima sanè, quia spiritus est, in sicco habitare nō potest, idè in sanguine fertur habitare. ac videtur, tametsi obiter, concinuisse. Virgil. eo carmine.

Vna eademq; via sanguisq; animusq; sequuntur.

Et alibi;

animamq; simul cum sanguine fundit.

Et lib 10. in fi.

Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.

conuenit & vsurpari pro anima ipsa, nō minus quàm pro animatis corporibus animam sumptam iure nostro, refert gl. in l. sancimus. C. de sacr. eccles. **Quin** & ad bruta re pertracta, reuerentia quadam effictè animæ, nullus cæde & sanguine cruentus esus carnium naturalis est, acceptus ab Empedocle & Pythagora. cōtrà, sed quidem adiecta rōe naturæ, diuino legislatori Moysi: quia cum plantæ vescantur elemētis, animalia plantis, homo animalibus, refractis elemētis subtiliore cibo effecto, qui ipse vitæ materia est, fit quoque vescētis vitæ subtilior. Non omnino tamè à primæua illa censura recessum est, tū inter viles macellarijs & lanionibus habitis. Cle. 1. de vita & honest. cleric. Pap. arre. 3. sub. tit. *cas esuels on desroge au priuilege clerical.* Alciat. in l. mercis. ff. de verb. sign. tū à Mo se cōcesso vsu carnium, nō sanguinis, què ipsius animalis velut in partē, aut cōmuni reddendū matri, aut in sacrificiis infundendū altaribus, l. cauit. quia, ait, ani-

ma carnis in sanguine est. Piissimis legibus media via consultū: statutis dieb⁹ carnis abstinentia, carnis velut repressio, generaliter indicta est, speciatim tamē quibuldā populis fauēte cōsuetudine: excepta segina exceptoq; lardo: fortè, vt sanguine nō ita immixtis, eoque nec carniū appellatione comprehensis, in l. j. de erogat. militat. annonæ. li. 12. C. gl. in can. presbyter. 82. distinct. Corset. in singularibus suis in verbo, caro. Atqui si omisero quę in distinctione vsus carniū hieme, aut æstate, scribit Rebuffus tractatu de pannis aureis. §. 2. alias hieme salubritate præstantiores esse: quod dixi proximè ex confinitate pro anima sanguis vsurpatur. tum sese mysticè præbet auribus & oculis, velut separatum quicquam subsistens sine suo corpore, Genes. ca. 4. ibi, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra Psal. 78. vers. & innotescat in nationibus coram oculis nostris, vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est. Cuius mysterij testimonium ad nostra quoque pertinet tempora, quibus occisorum sanguinem, astantem interfectorem iudicasse exclaimatq; ebullitione, vt diuinitus ita mirabiliter cōpertum est. habēt ex factō speciem indiuiduā. Papon arresto 5. de la question. & Boër. decis. 166. adfit Ouidianum illud

-- cinis ipse sepulsi

In genus hoc sauit timulo quoq; sensimus hostem.

quasi, dum ea de re etiam naturalem rationem consulere fas sit, quod ab extincto ellychnio percipitur nondum profus extincto homine, seu supersticibus vitæ occultis scintillis, comiteq; genio, anima casum præproperatum adhuc lugente, vt apud Iosepum lib. 7. ca. 12. antiq. Iudaic. ibi, animamq; adhuc omnia lugentem dimisit. aut vi quadam tumulum circumuolante, quam Ouid. vmbra appellat eo carmine,
Tetra tegit carnem tumulum circumuolat vmbra.
 vt cedam id fortè incredibile quæsitōribus seuerioribus, sed possibile tamen est: atq; eo nihil forè incompatibi-

bile per glos. in l. Mœuius. de leg. 2. in verbo, nam incredibile videtur. sed etiam à vi imaginationis quaestionem petierimus. nanq; in concipiente, si in conceptum agit, vt no. in l. non sunt liberi. ff. de statu hominum. l. quæret aliquis ff. de verbor. significat. Genes. cap. 30. probabiliter eadem horrore mixta in dissolvente, vitiato aëre medio, dissolutum afficiat, vt vis aliud corpus. quod in separato prorsus nouit Virgil. eo carmine

-- *Vox quoq; Mærim
Iam fugit sp̄ca: lupi Mærim Videre priores*

Sed ad rē pro homine accipi locus est Matth. c. 27. peccauit tradens sanguinem iustum. apud Virgil. pro vita eo carmine,

-- *qui sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo.*

sic enim interpretor sanguine, id est, periculo vitæ quæ ex anima hæret in sanguine exemplo sit Pellicanus, cuius sanguinis, vt ferunt, pullorum vita est. Sed si ausim diuina religionis nostræ asciscere, sanguinem Christum effudisse, pro vitam exhalasse. obtulisseque in sacrificium æterno patri dicimus. atque hinc sympathiam à sanguine ad animam deduci, gradatim à corpore ad rerum spiritualium inuestigationem: vt vbi de his exacta aduenit, à sanguine petèda fuerit Mosis circuncisione propria, cum exteris mactatione beluarum communis. Plerique & humanum adhibuere sanguinem aris, vt apud Alex. ab. Alex. gen. die. lib. 6. ca. vlt. Humaniores longe, qui pane & vino redemerunt sanguinem: de quibus sacris voluminibus Genes. ca. 14. & exterorum exemplis idem Alex. ca. 2. eiusdem libri. & Horat. lib. 3.

Non sumptiuosa blandior hostia,

Mollibus aduersos penates,

Farre pio & saliente mica.

Ouid. fast. l.

Antè Deos homini quod conciliare Valeret,

Far erat, & puri lucida mica salis.

quod innotuit quoq; Mosis, à similitudine quadam cū

æterno puroq; deo. Leuit. cap. 2. aut thus merumq;
Iano præsertim proprium, vt ibid. Ouid.

Iane tibi primùm thura merumq; fero.

& Metamor 9.

Thura dabat primus & Verba precantia flammis,

Vinaq; marmoreas patera fundebat in aras.

& Catoni id verbum adscribitur, *Thure Deum placat.*

aut quod aliis placuit numismate, velut à nomine nu-

mini proximo, seu velut id rerum humanarum men-

sura communis, quoq; referatur ac quo ponderetur.

can. totum quicquid homines habent in terra, omnia

quorum domini sunt, pecunia vocatur. 1. q. 3. l. 4. & 5.

ff. de verb. significat. functionem istiusmodi ad diui-

na pertinere existimarint: vt eiusdem Ouidij Ianus,

Aera dabant olim, mellus nunc omen in atro est,

Victaq; concessit prisca moneta noue.

Censuerunt autè & exteri sanguinè præsertim medium

quicquã inter Deum & hominè, seu quo spiritualis ani-

mæ representatiõe ab hominè ad Deum, vniuersalè quip-

pe animã, quæ omnia agit, mouetq; pararetur adit^o. Pla-

nè hæc est pfectæ religionis tessera, ex agni immacu-

lati accepta sanguine, a Mose, sparsione mystica sangui-

nis arietum ex aduerso liminu, animò præconcepta.

propterea diligentius intuenti, nisi proprium deserit

ortum religionis cultor, persequutione sanguinis di-

uinum extitit auspiciu, at nedum beluarum, sed per-

fectioris mysterij ergo exemploq; autoris proprij, at

nec partis sanguinis, vt circumsione Mosis, sed totius;

quasi non vtrique partem animæ, sed vniuersam inhe-

reret sibi, oblatã superis spiret vltimò, præsentem in me-

liorè vita cõmutatione quaesita. Itemq; ex rei coherẽ-

6 tia, quia effuso sanguine subest mors, figuratè p mor-

te sanguis dicitur: vt Matt. c. 27 sanguis eius super nos,

& super filios nostros. ac dici solet, reus est sanguinis. i.

reus est mortis: & virum sanguinũ, p nefariũ. Psal. 5. vi-

rũ sanguinum & dolosum abominabitur dominus.

Psal.

Plal. 50. libera me sanguinib. i. de nefariis & vitæ insidiatoribus. sed ex quo iure nostro eo verbo iudicium sanguinis criminofum, cui pœna sanguinis indicitur designatur. Est autē acceptio sanguinis hæc alia in genere, vt eorū collectionē referat, qui eodē stipite ortū petunt, seu eodem sanguine. propterea cōsanguinei vocantur, quorū inter se iura sanguinis naturalia, vt perpetua, iure civili dirimi nō posse, tradit Pōponius in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & l. ius agnationis. ff. de pact. not. Iason. in l. cætera. de leg. i. ea rōe agnationis illā qualitātē nō cedi, sed nec vēdi posse, lex est lata j. C. de patri. qui fil. su. dist. nisi in casu l. fi. eo. vbi pater qui filiū distraxit, licet ob paupertatē pmittente quōdā lege, sanguinolētus nihilominus, diceretur, quasi suo cōspūrcatus sanguine, q̄ est verus illius loci sensus, quicquid plura Tiraquel. ad titul. *des retraites lignagers*. §. 26. in verbo, *ne peut estre transporté*. gl. j. nu. 16. Sanguinē verò bonorū denominationis vices subire, seu substātię, tritū est nostris, vt apud Boër. dec. 55. in fi. his verbis, Sūt nōnulli domini terrarū, tyrānelli, q̄ sanguinē populorū ita emungūt, q̄ vix p̄cariū eis dimittūt spiritū. Vulgatū itēq; est, substātiā p̄ bonis accipi, in l. quid ergo. 3. §. si tamē fuit in substātia pupilli. ff. de cōt. iud. tut. tū. n. in p̄dicamēto substātię sunt. l. 4. §. si ex lana furtiua vestimentū feceris, verius est vt substātiā spectemus. ff. de vsucap. s. materiā, seu lanā, ex qua vestimentū factū est; eoq; lana vt corpus substātiā facit. Tū maximē dici putauerim substātiā figuratē, quōd hominis substātia principaliter his subsistat, seu eorū ministerio. quæ enim sine cibo ster substātia corporea, seu possit vita victu indigēs, vita dici? Cū igitur, quoad quæstionem pertinet, nō possunt abesse præter suiecti hominis perniciem, potius dicta nostris, substātię, quàm accidentis nomine. vt licet quæ tertiā constituunt speciē inter mobilia & immobilia, magis sunt accidētū, ac q̄ hominem,

ait gl. in l. frater a fratre. ff. de condict. iudeb. vt lepra leprosum, comitantur, velut fixa ossibus. Porro quid conferant homini substantiæ bona, repete latius a Tiraquello tract. nobilitatis. ca. 31. & substantiam accipi pro statu rei, in l. Seia. ff. de aur & arg. leg. ac tandē præter quem res esse nō possit: quo disputationis medio, cūm per se substantia stet, & res per eam; substantialia cōtractuum & Iudiciorum per se stare traditur, seu nec alterius committi arbitrio: nec partium conuentione remitti. in l. si arbitrato Lucij Titij. ff. de verb. obligat. l. Iurifgentium. ff. de pact. l. quoties. C. de dignitatib. lib. 12. ca. de causis de offic. delegati. sic nec per æquipollens quid impleri, si substantiale desit. no. in l. j. ff. de verb. oblig. l. qui hæres. de condit. & demonst.

S V M M A R I V M.

- 1 *Hominis cum vniuersali mundo collatio. § nu. 2.*
- 2 *Aquas supra cælos esse, quid dictum.*
- 3 *Corporis hominis cum terra collatio elegans.*
- 4 *Sanguinis cum mari & aquis comparatio. § numero 67.*
- 5 *Aquas sursū ferri subterraneas, cæteras deorsum.*
- 6 *Corporum hum. andorum naturalis ratio.*
- 7 *Altecombei fontis natura.*
- 8 *Ebrietas an puniatur.*
- 9 *Vini noui aut moderatè sumpti & sus.*
- 10 *Sine aqua mori homines, quid dictum. à Venuleio in l. si. ff. de riuis.*

QVÆSTIO XXXVII.

Occurrit, dum hæc perpendo, cogitatio ad Mosis sententiam de collatione sanguinis cum anima, & gradatim collatione animæ hominis cū anima vniuersali, hominis partem alteram corpus, cum mundo ipso visibili multis ita conuenire modis, vt merito alter mundus, quem rectè antiqui microcosmum dixerint, videatur. Spiritus totius mūdi molem
 agit

agitat infusus per artus: hominis spiritus hominem
 agitat corpore partibus, vt plerique totum in toto, &
 totum in qualibet parte hunc locauerint. Sol luna-
 que totius mundi clarissima esto lumina, de quibus
 Virgil.

-- Vos o clarissima mundi.

Lumina, labentem celoque ducitis annum.

homini omitto quæ de Charonte idem Virgil. scribit.

-- *stant lumina firmata.*

oculi extant bini, clarissima lumina, quæ labentem
 in dies etatem illustrent: profutura, nocituraue iudi-
 cent. senescente ætate, non minus quam collabenti-
 bus sole lunaq; iisdemq; occiduis, paulatim vi defi-
 ciunt sua. Est homini in summo vertice humor fluidus
 phlegmatis velut aqua: sic, quantum humanitas per-
 cipio, non ignarus pro aquis, Angelorum intelligen-
 tias a multis mente conceptas, mutuata similitudine
 à fabro ferrario, qui tenaci forcipe massam versans, i-
 gnitam, hinc atq; illinc tingit aqua, sub media tracta-
 tione vim igneam deliniens: aquis inferioribus igni-
 torum orbium temperamentum exile tenuèque vi-
 sum Mosis, aquas in mundi vertice, quem firmamen-
 tum vocat, constituit, quibus & inferioribus feruida
 sidera hinc atq; illinc delinirentur æquali tempera-
 mento. Nec mirum super cælos inesse posse, cum & in
 aëre ponderis alioqui in experte, immensas aquarum
 moles ipsis perpendamus oculis. animo verò & vni-
 uersam terram. Sed ad partem hanc mundi infirmam
 deducta similitudine proximius, siue est animal tel-
 lus, & viuat habeatque sua spiramenta, inæquales vè-
 torum flatus tum frigidos tum calidos, tum putri in-
 festave pelude, tum vbere gratòque solo exhalatos;
 sunt homini spiramenta, sunt anhalitus inæquales i-
 tem, vt hominis compositionem certò præmonstrèt.
 Vapores emittit terra sursum: in pluuiam vertit, leni-
 terq; remittit aër. idè stomachi cum cerebro fœdus:

eo vtrinq; rupto, vtrinq; incōpositi elati vapores pe-
 ius ruunt: vt alij terram grandine, in tempestiuisq; im-
 bribus: alij corpus calculo, modesta pituita, dirisq; tu-
 moribus verberent. Sint terræ latentia occultaq; vi-
 tia, quę interremotus, quę in hiatus. quę in ignes de-
 sinant. sunt homini sua morborū genera, quę in hia-
 tus tabo profluēte, quę in tremorem, ac quę in ignes
 desinere videantur: me enim huius rei memorem ha-
 bet. S. Antonio hlc dies votus. captum venerco mor-
 bo subijcio, qui

Vulnus alit Venis, & cæco carpitur igni,

vt ait Virgil. Sed nec omiserim, ad ædes S. Claudij, in
 citeriore comitatus Burgundię parte, monachū quē-
 dam crebris micasse ignibus, diebus permultis: quod
 vrbis incendium fore proximum præmonstrabat ci-
 uibus, nisi mens læua fuisset. quanquam & huiusmo-
 di scintillationes clarissimarum rerum fuerunt præ-
 ludia Lucio Martio, Seruio Tullio. & Alexandro. Sūt
 sua terræ ossa, quę lapides Deucalion interpretatur
 apud Ouid.

*Magna parens terra est, lapsiles in corpore terra
 Ossa reor.*

Concinit Sallustius Gallus nō prætereundo carmine,
 -- car sa terre & sa chair,

Semee de maint os au lieu de maint rocher.

sunt igitur vtriq; ossa, sed vtriq; id maximè propriū,
 quod in vertice vtriusque plurimū constituantur.
 Sunt terræ mōtes vallesq;, quę ad amussim dolatam
 rotundam formam non efficiant: sunt homini, cui ni-
 hil seu rotundum perfectè, seu recta ductum linea vi-
 deas, seu si mauis elegantius similitudinem.

-- Nam barba comaq;

In syluas abeunt, iuga sunt humeriq; manusq; ,

Quod caput est hominis, terra est in monte cacumen.

Sunt terræ suę partes siccissimæ: simul & homini alię
 alis exsiccatores, humentiores alię. Sunt terræ pon-
 toq;

toq; sua otia:quod præfensit Ouid.

Otia terra ferax, otia pontus habet:

sunt & homini. longum enim delinitura laborem interualla dantur, quibus qui alternis caret, durabilis non est: cum naturaliter semper & sine intermissione nõ possit quis agere. l. seruitutes. ff. de Seruit. Sũt terræ maria, sunt fluminum fluxus refluxusq; : perpetuo ordine, quo sidera circum massam in orbem agitata, manifestò maria mouëtur: Est homini mare sanguis 4 circa cor in medio hominis, quemadmodum in terræ medio mare ipsum: ab humano eo equore, nõ minus quàm flumina à primæuo illo vniuersali humido, vniuersus hominis sanguis fluit refluitq;. Is sursum deorsumq; defertur vi naturali, donec intra est: emissus, deorsum tantum, quia suo deficit tubulo, quo vi naturali sua propelleretur. Aqua dũ terræ meatibus obstructissimis inest, vi quoque naturali & in altissimos montiu vertices fertur: emissã, deorsum tantum, velut 5 vi sua naturali careat. s. aère medio circumfusoq;, qui vim separet ac superet. Atq; id ipsum est, quod, ni fallor, temere regium scripsisse philosophum Salomonẽ pleriq; arguant, inuisã segnius vniuersæ aque natura, quæ non minus connexa seu cõcatenata sit, quàm in vniuersum sanguis hominis cõnexus est & continuus, vt in vnã partem fluat refluatque omnis. Sed hinc propterea dum fontem aut flumen viuum dicimus, tum diuinis. tum humanis scriptis, ac speciatim iure nostro in l. vnica. ff. de fonte. & l. is qui in puteum. ff. quod vi aut etiã. l. j. §. caput aquæ illud est, vnde aqua nascitur. ff. de aq. quot. & æsti. nescio an figurata magis sit oratio, ex cohærentia aquæ viuæ subterraneæ, quæ emissã ad nos impellit & agitat. Porro .n. acta semel extra, seu vi siderum tracta, accepta ab his primũ subtiliore parte, nihil ex se agitã vltra sursum, sed sua mole animalium vsibus perpetuò deorsum, sibi mortua, vt profit viuus, tẽdit: quasi à cõtinenti suo se-

parata, non aliter quam plantæ donec solo hærent, sursum trahuntur a cœlo; euulsæ continuè deorsum ruunt, & quo magis antea auidè ferebantur seorsum, solis siderumq; cupidæ, eo, inquam, magis euulsæ, nõ amplius cœli participes infodi subterraneæ videtur quæsitare, vt iam iamq; vi quadam propria tumulum seu locum proprium naturaliter, vt l. scriptus hæres vers. naturaliter videtur pertinere ad mortuum locus in quem infertur. ff. de religi. suo pondere aut parent, aut facilè velut quid suum terra vindicans præster, consentiente cœlo, toruis id oculis cõspiciente quod suum non est, vt de vili mortis genere, ligno pendente, iudicarunt & diuini iuris scriptores, Deut. ca. 21. gl. in can. 2. 32. q. 4. & ciuilis in l. milites. ff. de re. iud. not. Mathes. sing. 59. atq; hinc rãta naturalis sepulchri cura, in memoriam humanæ conditionis, ait Modestinus in l. quidam. ff. de condit. institut. vt nec cœlo recipi insepultum, vulgò putarint veteres: huius itẽ rei creduli, non antè suam partem hominis cœlum recipere, quàm solum suam quoq; percepisset, æqualitatis quodam iudicio. attamen post annos centum suo iure vsos cœlites putarunt; fortè quia eo tempore quo hominis vita clauditur, vniuersa sit præsumptio mortuum terra consumptum clausumq;: sed de his hætenus Spiritus domini aquas habitabat, seu his ferebatur: spiritum hominis in sanguine habitare, proxima superiore quæstione tractatur. Aqua pura aut liquida, vilis aut cœnosa, fertilem terram, sterilem aut palustrem, quam vitiosam glos. vocat. in l. Atteius. ff. de aq. plu. arc. designat: eadem sanguinis demonstratio, eoq; & sanguinem cœnosum & putrem, aquarum cœnosam & putrem coaceruationem expurgare necesse est. Aqua irrigantur sementes in terram iactæ: irrigantur, fouentur, & nutriuntur sanguine concepti fœtus. Abundant & intumescunt aquæ; eadem dissicantur sole: eodem seu tempore exuperans & intumescens sanguis

sanguis, præter artificis operam plurimum exsiccat. Est in aquis fluxus refluxusq; alternus, ac nedum rem præstat mare ipsum, sed in plerisq; obseruatum fluminibus; quibus alij Sabathicum enumerant, septimo tantum fluentem die; alij thermarum aquas, quartano circuitu deteriores fieri solitas. Subiunxero ipse vicinum Altecombeum fontem statis vicibus, horæ interuallo, subterraneo agi impetu, statisque quiescere. Accepta similitudine quo proximè,

*-- si du Neptune grand le bouillonnant desbord
Ne s'apperçoit si bien en plaine mer qu'au bord.
Il en est tout ainsi que du pouls de noz veines,
Qu' on sent plus aisément es parties lointaines
Qu' au milieu de son corps,*

vt canit Sallustius. Rursus fluxus refluxusq; mēstruos sanguinis, vel etiam ex morbo quartanum, aut tertianum, seu etiam breuiorem huiusdem circuli moueri, sit oculis perspicuum; animo per causas nosse, hoc opus, his labor est. Priores quidem maris refluxus Plinius lib. 2. ca. 97. histor. natur. sed nouissimè præsertim septēfluos Eubœæ insule Bello-forestius in Cosmograph posteriores Hyppoc. & Galen. petunt a deficiente in loco utrobique materia, seu materiæ motu, intermedio tempore. Quid verò cum cæterum naturales decursus continui sint, statæ hæ vices: an utrobique quidam lateat morbus, an seu in sanguine, vt l. quæsitum. ibi motus corporis contra naturam, quem febrem appellant. ff. de re iud. seu in mari vim patiatur natura? Ad rem autē meminisse oportuit, plurimum fluxus refluxusq; aquarum obseruari a fluxu refluxue lunari, idemq; cum sanguine commune esse. Sanguinis congelatio, aut circa cor refluxus, vim deficientē hominis notat: refluxus maris periturum præproperat. In vniuersum aquarum congelatio hiberna inferiorem terram, ac velut mortuam representat.

Damna tamen celeres reparant cœlesti. & Luna.
ait Horat fatear inuitus vt ille,

-- nos vbi decidimus

Quò pius Aeneas. quo Tullus diues & Ancus,
Pulus & Umbra sumiss.

Nec tamen absolutè concesserim differentiam. namque quoad genus ipsùm, subsistit hominum status, quem utiq; Sol Lunaq; reparant, si rectè id procedat verbum Bart. in l. iurilgentiũ. ff. de pact. Sol & homo generant hominem,

-- *Omne reformidat frigore vulnus humus,*

ait Ouid. sic & animalis corpus, dum friget, vulnere magis afficitur. Terram lacte fluentem testatur sacra volumina, Numer. cap. 13. & 14 Deut. cap. 26. & 27. ac herbarum permulta genera, vnde Virg.

Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.

Mulieri id vulgatissimum; sed & accidisse homini scribit Cardanus. li. 12. de Subtil. quo ex loco de muliercula quadam, cui partus à profluente lacte imputabatur, interrogatus, dicebam necesse partum non edoceri. Aquam in sanguinem versam, refertur Exod. c. 7. & in sanguinem pluuialem emissam è cœlo, testis est Liuius in Macedonico & Punico bello. Innouit & quadã sympathia effuso abundè sanguine, humidum hinc aërem effectum, in sanguinolentã pluuiã cõuersum, seu infectum. cuius rei exemplum exornat Plutar. in Mario, & Sallustius Gall. 2. die suæ hebdomadis. Addiq; possit sanguinem profluentem præcantationibus listi, idèq; ad maria, flumina, & imbres pertinere. in l. 4. ibi, elemēta turbare. C. de malef. & mathem. ac meminit Virgil. his verbis.

Hac se carminibus promittit soluere mentes

Quas velit, ac aliis duras immittere curas,
Sistere aquam fluuiis.

Est & quidem in his concomitatus. nam in ipso corpore, sanguini aqua perpetuò immixta est: vbiq; terra
soditur

foditur, aqua comes reperitur, hic ocius, illic tardius. quid ad rem? eadē est enim partium corporis, quoad sanguinem, natura. Fletibus & sudoribus corpora egressis sanguinem, scribunt Liuius & Ouid. aquam terrenis sudoribus manare docet Vlp. In l. j. ff. de aqua quot. & æst. Quæ tamen nedum à sanguine ad aquā, sed rursus à terra vniuersa ad hominem collatio est, vt lepide Anacreon è Græco:

*Fæcunda terra potat,
Hanc arboreſq; potant,
Et potat aquor auræ,
Et Luna potat aquor,
Ipsūq; Luna Phæbum,
Quid ergo vos sodales
Potare me vetatis?*

Singularis ratiocinatio potoribus, si utiq; aquam potarent liquidam, non refractam, seu extillatam vitæ, quo exemplo sint apta omnia. At enim dum contrā certatim spumantes hauriūt pateras, plenoq; se proluunt ore, institutum naturale fallunt, fallunturq; & ipsi crebro, tametsi vbi per vinum deliquerint, puniētur mitius. l. omne. §. per vinum. ff. de re milit. quasi in malos vsus non consumpserint. gl. in l. si minor 25. ff. de minor. In spiritualibus studium ebrietatis peccatum est mortale, quàm maximè prohibitum. ca. à crapula. vers. nec ad bibendum quis incitetur. de vita & honest. clericorum. aliās veniale, aut potius ebrio pœna gl. in can. 3. distinc. 25. Sic igitur. si obmisero quæ de vsu vini noui primo die Nouemb. scribit Bart. in l. 4. iubemus. C. de erogat. militar. annonæ li. 12. quem citat Ro. singul. 380. moderatè sumptum, confert stomacho. Bal. in cap. etsi Christus. per illum textum. de iureiur. & sacris notatur scriptis, lætificare Deum & homines. Isti autem dū intemperanter agunt, cedunt artificio quod nunquam aqua præstatur simplici, potibus vitæ necessariis, non superfluis apta, simplicis

hercle naturæ propria, ac sine qua homines siti necerentur. atque is locus est Venuleij in l. fi. ff. de riuus. à multis vtcunq; repressus mirantur enim, cùm sine aqua mori quoque homines fame futurum sit, quid siti mori dixerit. At dico, & sine aqua mori fame homines; quia ficci natura sit sterilis, omnisque arida & misera agricultura: hoc autem ex consequentia quadam elici proximè & appetè, sine aqua mori homines siti, vt rectè quod proximū erat ac proprium, potius vsurparit Venuleius.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sanguinem suum redimere qualitercunque licere regulariter. Vbi quid contra Regulo non licuerit.*
- 2 *Mortem qui sibi consciuerunt, puniri apud inferos iudices: non idem à iudicibus humanis. Et quid ita praeclare habes. ac distincte tamen nu. 5.*
- 3 *Mors, malorum finis. Et ibi, de deditioe hosti facienda, aut contra.*
- 4 *Animum degenerem iure notant. Et q. 8. nu. 2.*
- 5 *Lucretia facinus defendi posse.*
- 6 *Donatio eius qui sibi mortem consciuit, quid morte confirmari non posse dicatur.*

QVÆSTIO XXXVIII.

Naturæ igitur à ciuilibus magistris sanguinem tanti hospitis, ac humanitus nunquam redituri sedē, qualitercunque retinere toleratum est lege. Etenim mortalibus.

Terribiles visu formæ lethumq;, laborq;,

vt ait Virgil. Nec verò me latet, quàm eleganter probent omnes, Regulum se præcipitem potius dedisse, quam læsa data fide, sanguinem suum redemerit. Magnanimi viri exemplum, sed paulo ab alienum. nanq; Regulus cùm esset Romani exercitus imperator, intererat existimationis tantæ Reip. quam accepta provincia repræsentabat, datam fidem seruari, licet imperato-

peratoris p̄riculo. Non igitur redemit propriū sanguinem mendacio Rgulus quia non ita de re propria sed publica ageretur. cui si vitam pr̄tulisset, retentā animam multò ineptius timiditate sc̄dasset: nihil enim pro Repub. non audendum, memorabiles è multis testantur Horatius, Cocles, & Marcus Curtius; & ad rem Fabij Maximi ingēs facinus, quo, autore Val. lib. 4. ca. 8. se patrimonij, quā patriam fidei à se dū imperaret datæ, inopem esse maluit. Hinc autē quæro de iis, qui non expectata naturæ aut hostis dimissione, suis sibi manibus pr̄properè regressum parāt. De iis morte obita, scribit Virgil.

*Proxima deinde tenent mæsti loca, qui sibi lethum
In fontes peperere manu, lucemq; perosi
Proiecere animas. quā vellem aethere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!
Fata obstant, tristiq; palus innabilis unda
Alligat.*

Notanter fortè perstrinxit Virgil. in fontes apud inferos p̄nitere attentati sceleris in seipos, velut non ignorauerit aliunde in fontes, hoc facinorosos videri, quodd sibi manus violētās intulerint; sed planè mitius agi apud inferos, quia simplex facinus sit vitæ miserranda inserta imagine, quam Hegesias auditoribus fixit dudum suis. aut fortè cœlestium affectatione, ut in eo qui *Socraticum de nece legit opus.* aut iactatione, de quo in l. si quis filio. ff. de iniust. rup. agitur. aut aliquo dolore cōmissum: ac nec tamen ignosci prorsus ab inferorum quæstoribus notam, à ciuilibus magistris pr̄termisam. quid ita? an quia lex de altero, seu propter alterum lata sit. nec enim nobis ipsis ius dicimus. propterea qui sibi mortem consciuerit, non alteri, sed sibi tantum iniuriam fecerit; ac eodem modo momentoq; , hāc sibi latam iniuriam vltus sit suo sanguine: de seque in se omnem iudicarium ordinem actoris, rei, iudicis, & exequutoris conuer-

sum traxerit? An & addi possit. tentanda est enim legis ciuilis ratio disceptandi gratia. excusabilem humano iudici in defuncto futuri horrorem infortunij. quod videtur quodammodo non repressisse Virgil. sic enim Euander suus,

*Sin aliquem infandum casum fortuna minaris,
Nunc, nunc o liceat crudelem abrumperè vitam,
Dum cura ambigua, dum spes incerta futuri.*

Ille igitur dum curæ sunt ambiguæ, dū spes est incerta futuri, licere crudelem abrumperè vitam expostulat: quasi re acta, certa proposita tum corporis, tum fortunarū omniū laceratione misera, sibi licere obrumpere vitam haud equè precatus esset; sed vim, quæ illi maior videretur, propulsasset. est enim id naturali & ciuili iure licitum, vim vi repellere licere. Cū igitur non possit inferentē illatam vim, remordere: ferè defendi possit, ea generali regula quæstionē non cōtineri, quin vi etiā in seipsum illata exteram vim propulsare cuique liceat. Hoc amplius, quod inculpatæ tutela: modum non excedere præuideat: sed vi minore maiorem repressam: vi, inquam, minore. quia malorum finis sit mors: parata inimici infensissimi vincula, hæc illi malorum principia sunt. Malorum autē omnium exitum, malorum principio in genere potiore nemo dubitarit: vt præclare Ecclesiast. ca. 30. melior est, inquit, mors quam vita amara, & requies æterna, quam langor perseverans. ac Boëtius non alienum id carmen cecinit,

*Mors hominum fœlix, qua se nec dulcibus annis
Inserit, & mœstij saepe vocata venit.*

si enim, ait, Necuba apud Quid.

Omnia perdidimus, superest cur Vinere tempus?

Sed & subinde aduentanti hosti, aut possessionem ingredienti, viriliter resistendū tolerant ac suadent nostri: iidemq; possessionis amissione, degenerem animum timidumq; notarunt. Quid num id quoq; seu multò

multò magis, magnanimi esse animi probent, irruentem in corporis nostri possessionem, implacabilem & insolentem hostem ipsa, quam querit, vita fallere: seu ne assignata à Deo animo arce, temerè effugisse videamur, vbi decertatum est aduerso Marte, ea tandè excedere de qua re Bart. in l. sibi met. §. sine metu. ff. de vi, & vi arm, huius potius, quàm nostri deditio; seu hoc, cū altero non possit modo, artibus quibusq; præcætato, sine iudice se vindicare: seu se morte potiùs, quàm sempiterno dolore multare. can. non est nostrum. 23. q. 5. vt quàm scitè Augustus obfesso Antonio, duello licere agere postulanti, respondit pleraq; alia subesse illi mortis genera: non obscurè, animam Antonij suis inesse manibus, frustra que eum aliunde dimissionem quæsitantem præmonstrans. Hoc sanè Romano viro tantò aptius, ac laudabilius, quòd pusillanimis rem hostis arbitrio non reliquerit Antonius, quantò antea vilissimus habitus Perseus, quòd se Pauli Aemilij triumpho, quin & eodem suadente imperatore, hominis fortunam miserescente proprio sanguine non redemerit, metumq; & inexorabile fatum non subiecerit pedibus, Namque autore Luciano. lib. 8.

— mors vltima pœna est,

Non metuenda viris.

Citantur in hoc iudicium viri fortissimi, Cassius, Brutus, & Cicerone animosior Demosthenes. hi lacerata patria, victis penatibus, aris & focus, inuicti tamè hoste, safe, quod quacunq; victoria eo mirabilius, quòd nostri amantiores sumus, diramq; fortunam vicerunt sed & victorem ipsam, cui, ne affectata vita potiretur, viriliter obstiterunt, His addant, addant, inquam, Catonem Vicensem, qui ferro traiectus proprio, cū familiares continere vulnusque obligare cœpissent, ipse suis manibus vulnus diuellit, atque animo præfenti se interemit. Addant è mulieribus Cleopatram;

quid num & Leuſtricas puellas, Hipponem & Mi-
 letiam, & ex confinio facinoris Lucretiam. ſi intactus
 animus, impollutum & corpus; quia delicta ſine de-
 linquendi animo non conſtituuntur: proinde quod
 ſibi mortem conſciuerit, damnant. Defendi poſſit Lu-
 cretia humana ratione, tametſi nec deliquerit, nec
 idcirco vindicem pertinuerit legem: quia anume-
 rentur inter caſus fortuitos principum acta, quæ à ne-
 mine præſtantur, quemadmodum nec vis quælibet
 maior. Deliquiſſe tamen in eius perſona Tarquiniũ,
 eiq; feciſſe iniuriam conſtabat. Cũ igitur factum
 pro infecto haberi non poſſet, ſed nedum factum; quini-
 mò ſuſpecto carere mallet, ſuaq; id intereſſe noſſet,
 nec ſubefſe vindicatorum iudicem, ac qui intrinſecã
 conſcientiam palàm faceret: ſine iudice ius ſibi dixit.
 at dixit propriæ vitæ ex periculo, vt magnanimis ci-
 uibus eodem discrimine vlcifcendi facinus viam præ-
 monſtraret: nec eam ſua cura ſefellit. Diuerſum eſt
 ſi qui metu damnati facinoris, ſibi mortem conſciue-
 rint. nam à commiſſo ſcelere, conſeſtim criminali iu-
 dicio affecti intelliguntur: quod interpretor, in iu-
 dicem conſenſiſſe, ac litem conſeſtatam; vt nec re-
 cuſare, nec declinare iudicium proſus queant. Ni-
 mirum præterea, quia cũ deliquerint in alium:
 quoad eum ius ſibi dicere, exequi que inciuile ſit. Da-
 tus quippe iudex iure, quatenus inter duos re acta
 cognoſcat: atque iſ eſt totius iudicij ordo, vt ſubſi-
 ſtat actore, reo, iudice: quod non euenit, ſi delinquẽ-
 tis factum in ſe tãtũ proponitur, vt ſuprà dixi. Nul-
 læ igitur hic partes iudicis, nihil illi ea in re commu-
 ne. Planè à ſpiritali iudice, quia anima in corpus ſe-
 tuens, eruptis naturalibus vinculis, naturaliter nõ vo-
 cata, ſed miſera antè diem, facinus multari dum pro-
 bant ſpiritalium iurium autores, à quibus non rece-
 do, neſcio an ciuilem rationem admiferis: quia vtq;
 tribus conſtare videatur. iudicium, anima, corpore,
 Deo

Deo iudice. Sed plure de his, præter Ciceronē in somnio Scipionis, habet D. August. de ciuit. Dei, lib. 19. & iure ciuili Mantua. sing. 456. Benedict. in cap. Raynuttius. in verbo, mortuo itaq; testatore. nu. 81. 82. 83. Tiraquel. de nobilit. ca. 31. n. 559. Alciat. lib. 6. Parerg. ca. 27. vbi donationem vxori factam à marito, qui sibi ob sceleris conscientiam manus consciuit, idē non confirmari morte censet in l. cū hic status. §. si maritus. ff. de donat. int. vi. & vx. quia memoria eius dānata sit: licet alioqui damnati capitis donatio subsistat. l. res vxoris. C. de donat. int. vi. & vx. Putabam rationem incogitatam Vlpiano ea disiunctiua formula, si mortem ob sceleris conscientiam sibi consciuerit, vel memoria eius damnata sit: illud autem acceptum huiusmodi conditione mortis non confirmari donationem; quasi nihil quicquam tacitē confirmauerit, qui tacitē omnia desperauerit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Seruitus tigni immittendi, & iure ciuili & municipalis explicatio.*
- 2 *Viam non liberam, qua liberum sursum aerem non habet ad cælum &sq; sic & infra ad tartara &sq; que, exemplo tractatur.*
- 3 *Tolerationis longana, consentiente seu populo, seu priuato. effectus.*
- 4 *Præscriptio rerum publicarum non procedit.*
- 5 *Seruitus non adificandi à quo tempore procedat, & quomodo. & q. 40. in fi. & 41. in prin.*

Q V Æ S T I O XXXIX.

ADnascens clarissimè huius vrbis vniēdis ciuibus proprium & singulare extitit, nedum animis iungerentur quàm maximè, sed habitationum vsibus istiusmodi, vt præter anteriorem & posteriorem parietem, qui esset bino à latere, vicini quoq; indiuiso iure proprium esset; si tamen sumptuum partem mediā præstaret ædificanti priori. Sed & tanta vicinitatis

necessitudine, vt nec vię publicę parceret vicinus; vērū enim relicto legitimo vię spatio itineris ex causa, reliquum supra aptarit sibi traiectis velut domibus in domos; sola iniiciendi, seu traiciendi differentia, quod qui prior immisisset, ius prius quæsiisset: at nec absoluta tamē: nam sic rursus obtinuit, vt occupatis inferioribus partibus domus traiectione à priore traiciente, iure mutuo nonnunquam alter supra vtilitatē sibi quæreret. Rebus quidem, vt fit, præ nimia mixtura turbatis tandem, præsertim iis quę ad publica vrbis æbmoda spectant. publicè .n. interest, via publicę vsi libera: at qui nō videtur libera, quæ liberu sursum aërem non habet. inde fit iniuria Reip. cuius est via. l. 2. §. tractatum. ff. ne quid in loco publico. Bal. cons. 202. vol. 2. arg. l. penult. ff. quod vi, aut clā. his verbis, tā soli, quam cœli mensura faciēda est: scilicet vt eius, cuius solum est, sit supra quodcunque rectā ad cœlum vsq; ptotenditur. sic & infra ad tartara. Id enim à naturali ea ratione pendet, qua cuiusq; rei solo hærentis partem emissam, rectā iursum sol trahit, quo potest per naturā progredi modo; solum suis fixam partem visceribus quasi soli partem faciēs, quod item inferius per naturam potest, deducit, seu quod elegantius à Virgilio dixerō,

-- quantum vertice ad auras

Aetherea, tantum radice in tartara tendit.

Tum igitur exoleuit in ædificiis ea dudum asseruata consuetudo, cum præterea non mediocriter ornatui vrbis officeret. at tolerantur instructa quasi publica, ob longæuā publicā tolerantia, seu si priuatim rem agites, a singuli ad vniuersos ferè disceptatione deducita, vt satius sit tolerare ædilibus, quam omnem mouēte lapidem, ruinisq; vrbē in peius difformare. quin & satius ipso iure, ex l. 2. §. si quis nemin. eff. ne quid in lo. pub. l. si quis bona. §. si quis iuxta. ff. de dam. infec. Crau. conl. 227. nu 10. ar. l. Sabinus. ff. com. diuid.

l. pro-

l. prohibere. §. sed si permiserit aduersus eum qui vitur interdicto exceptio erit necessaria. ff. quod vi, aut clam. l. Labeo. ff. de aqua plu. arc. quibus ex locis in alieno solo ædificatum patiente domino, nõ tollitur. Nec me fallit Papiniani id responsum, Præscriptio longæ possessionis, ad obtinenda loca iure gentium publica, concedi non solet. ff. de vsucap. nec verò seuerius rescripsisse Gratianũ, Valentẽ & Theodos. rescripta principum non obsistere, ideoq; diruẽda esse oia. in l. præscriptio tẽporis. C. de oper. publ. quia de priuato penitus commodo non controuertitur. huic .n. quis non proculdubio publica præferat? sed de publico iure vniuersitatis. publica consuetudine, quadam necessitudine & vtilitate accepto, præscriptoq; patrũ memoria. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æst. Bald. conf. 242. vol. 2. Crau. conf. 54. n. 3. Hactenus autẽ *Laudamus veteres, sed nostris vtimur annis*, ait Ouid. q̄ extãt donare suæ antiquitati sat sit: nihil in posterum noui quicquã huiusmodi moliri, multo quam antiquis ornatu vrbis consultum à principe & populo, si ædificia, si moles. si strata tecta, si viæ publicæ, si Meniana. si aquæ ductus, eaq; omnia vetera cũ nouiter extructis conferantur. Altera in parietem vicini, præter viam ac præter binum latus domus immittendi, municipalis consuetudo, publicæ necessitati, exiguoq; murorum publicorum circuitui, ac qui domorum pressam seriem habet, huc vsque relinquatur. planè strictissima obseruatione, vt fenestratum à quauis memoria parietem obcludere liceat vicino, cuius sit contigua area. Consuetudo lex est, frustra cõtra legem frustra de consuetudine subinde ac de præscriptiõne egeris, cum illa sit iuri municipali contraria, seseq; ipsas, lex, & consuetudo, ac quodcunq; possideant. Itaque qui fenestram in pariete aræ meæ contiguo habet, facultatis, non iuris modo vitur donec non ædifico: eõque tenus liberum possidet pa-

rietem, vt fenestrare possit. nec tamen prorsus ex arbitrio: nam siquidem stillicidij immittendi in aream meam ius habeat, possit ex modo stillicidij, fenestrâ secus parietem iniicere: sin minus, si à superiore parte domus quatenus in meam inuidiam in aream meam descēdere non possit; ædificet aëre libero, ab inferiore ac media parte, obclusa tantùm fenestra ferreis medio pariete cancellis arg. d. l. penult. Latè agit Cæpola tract. de seruit. sub. tit. de specularibus. Est autem politicis ædilibus nostris non leuis coniectura, à ferrea illa cancellatione ius esse vicino immittēdi in parietem, obcludendiq; lumen. Rationē suspicor, quia cuius infrâ supraq; fenestra ferro obclusa est, præter aërem liberum, sic præter solitum veris dominis vsus sese ipsum occludēs, quoddam iam à vicino obclusionis specimen futurum præiuderit, ferèque concedat suspicionem, se obcludi posse. not. numer. 3. quæst. 8. seu quasi plenè suum parietem non esse fateatur tacitè, quod ex se seruitutem imposuerit. Exempli causa sit hæc species: cùm alteriorem domum haberes, ædificauì à latere ad mediam vsque domus partem; supra fenestras addidisti tres, quarum media nec ab auteriore nec à citeriore domus parte lumen excipit, sed à parte tantùm ædificate domus. an tollere domum possim, fenestrâque illam mediam obcludere? dixi me posse, quod subuenerit in superiorem domus partem minus, quàm in inferiorem, quenquam ius habere, nisi speciatim id actum sit, ignota apud me ratione, defendi; potissimè ex his quæ iure municipali nostro supra proponuntur. sed & accessit ratione quoque ciuili, vicino ius seruitutis prohibendi altius tollere, non antè competere, quàm ædificanti vicino prohibuerit, isq; cessauerit. vs trad. Bart. in l. si prius. col. 3. ff. de oper. no. nunciat.

S V M M A R I V M.

1 *Pariet quomodo meus esse dignoscitur.*

2 *Ser-*

- 2 *Seruitutis area nota.*
 3 *Intervallum quale necessarium in vicinis aedificiis.*
 4 *Parietem area servare nonnunquam.*
 5 *Altius tollere quomodo concessum.*
 6 *Dolus non praesumitur.*

QVÆSTIO XL.

CÆterum quærenti domino areæ & suo commodo constructum parietem, quo scilicet obcluderetur area: respondi, id rectè, si sigilla quædam, annulos, aut cardines, aut immissa suæ utilitatis ergò saxa demonstraret, eadem velut futuro dicata operi, vt apud Boër. conf. 5. Iaf. in l. cætera. de le. j. sin secus, fortè dū immittitur à culmine parietis stillicidium in aream meam, aut alioqui ipse paries cooperitur tecto vicini: huius potius esse, prout in causam magis necessariam ab eo antiquitus ædificatum suisq; sumptibus cõijci possit. propterea iure nostro municipali, tignū immittere non nisi restitutus pro parte expensis, licet: iure ciuili, nullo modo. Quòd si ab area tua mihi sit anterior domus pars: tum primum paries areæ cõtiguus, meus dicitur. nam tigni immittendi nulla tibi facultas est: sed & eo prorsus non libera vteris area, in qua intermisso legitimo tātum spatio, ædificium tollas. l. imperatores. ff. de ser. vrb. præd. Atqui ex eo loco ad ius nostrum municipale aduertendum moneo: tametsi Papyrius, aream seruitutem debere, expresse nõ posuerit, ac subinde areæ domino in ea ædificare licere, legitimi spatij intermissione constituta, notam quandam seruitutis in erea designari. seruit enim mihi excipiendo lumini, aut prospectui. Seruitutem igitur probat tacitè Papyrius non constitutam, nec iure præscriptionis quæsitam: sed natam cum ipso pariete & area, mutue utilitatis ciuium gratia. In pedes decè, priuatis aedificiis, in pedes quindecim, publicis, sit quæsitam intermissio. l. penult. C. de ædif. p. riu. in pedes duos, si non à patre nobiliore domus. quam aut

K 5

anteriorem, aut posteriorem esse iudicant, versa sit area: cuiusmodi habeo. ac fœdere distinctionis, cum superioribus compono responsum. l. si. ff. fin. reg. gl. & Bart. in l. quidam Iberus. ff. de seruit. vrb. præd. Alex. conf. 120. ibi, nam dictio, iuxta, denotat propinquitatem per vnum pedem, vel duos. vol. 2. quod tamen iure nostro municipali frustra sit quæsiisse. nã ex ea parte domus, per ius liberę immisionis tigni, sit communis paries. Contra nonnunquam areæ seruit paries, si fortè, vt in trituratione frugũ, aliter areæ vsus primarius inutilis sit, q̃ aere dato libero. alti⁹ igitur nouiter frustra tollitur. l. si. C. de seruit. & aqua. Regulariter e contra ius est, ac planè cuiilibet concessum, altius ædificia tollere. l. altius. eo. nec verò interest, an tollēs obscuret vicini aream, aut ædes, cùm habitare possit ædibus obscuratis. l. cum eo. & l. sequenti. l. cuius ædificium. ff. de seruit. vrb. præd. ratio est ex l. nullus videtur dolo facere, qui suo iure vititur. ff. de reg. iur. at non videtur tollens dolo facere, dum ei profit ædificium, ne solùm in inuidiam vicini fecisse depræhēdatur: per l. fundo. ff. de re. vind. & l. opus. C. de oper. pub. quas memorat Alex. conf. 174. vol. 2. conf. 9. vol. 6. & Castrè. in d. l. cum eo. sed si prohibens dolum ædificandi animum sub dubio tantùm doceat: eo euenit contrarius litis exitus, quòd doli nequaquam in genere sit præsumptio, autore longa iurium interpretatione. Boër. decis. 320. gl. in l. fluminum. in ver. non venire. ff. de dam. infec. Sed si prohibitus timidus cessauerit: ab eo tēpore præscriptio decennalis inter p̃sentes, vicēnalis inter absentes incipit prohibēti: nō prohibi⁹, nullo tēporis periculo sit obnoxius. libertatis. n. in vniuersũ naturalis est p̃sumptio, nō seruitutis: q̃ ex quæsitã specie pertinet ad. l. j. C. de seruit. & aqua. l. qui luminib. vbi gl. ff. de seruit. vrb. præd. Bar. in l. si prius col. 3. Subiecerim, quia ante cessationē prohibiti, seruitus hæc possideri, seu quasi possideri in-

ti intelligi nequeat. eumq; videri sensum. l. si quis alia aqua. §. si. ff. quem seruit. amitt. Bart. & Bal. in d. l. j.

S V M M A R I V M.

- 1 Molendini inferioris instructio in praeiudicium superioris. Et quid dicatur bannale. Et de pignori non accipienda inferiore, aut superiore mols. Leuit. ca. 23.
- 2 Molendini aucta rota, augetur pensio. Et vide an in alieno aedificari possit. q. 48. nu. 2.
- 3 Immunitas quaritur per possessionem immunitatis exemplo in non collectato. Et contra.

Q V Æ S T I O X L I.

QVæ si it autè apud me qui negatiuam instituerat, an num & is ea regula tutus esset, quasi nec vicini ædes quas tolleret, quibusq; luminibus officeret, liberæ essent; sed ius ipsum ne luminibus officeretur, ab eo tēpore prohibenti incepisse, quo in suū parietē fenestram immisisset, ac quæ se suumq; aërem liberū abundè possedisset. Addidi in eā sententiam, molēdinū nouiter eodē aquæ riuulo sursum antiqui^o instrui posse, si tamē ne aqua minus sit libera antiquiori, efficiat. Bal. cons. 71. vol. 1. Boër. decis. 175. per d. l. fluminū. §. i. Itēq; subiunxi, Crau. cōs. 111. cōtra Alexā. obtinuisse, sufficere collectādi iuris præscriptionis initio, quē collectari potuisse, sic. n. loquitur, nec id esse factū. eo igitur reddita similitudine, vt primum licitū quoq; sit vicini ædes tollere, si tamē vicini non obsit aëri libero, vt nec aquæ antiquiori vsui abesse potuit nouus molitor; & ab eo tēpore præscriptio inchoata sit, quo poterat vicinus altius tollere, in præiudicium fenestrati parietis vicini. Enimuerò dixi priori hæredū iudicio. quia naturalem illā aëris libertatē multitudo ædificiorum, quæ urbem conflarent, necesse limiterit spatiis ciuilibus, quātū sufficit in vsus diuini mōderationē. ex l. binas ædes. in si. ff. de seruit. urb.

præd. aptissimè bono publico priuatorum ratione neglecta in auth. res quæ. C. com. de leg. Quod vt perpetuum, & antiquiori molitori nocere reor: cum præterea, dum aqua vsus sit libera molaribus suis artificijs; quæ reliqua est, publici iuris sit, eoq; occupantis, aut domini territorij, aut subinde eius, cui concesserit: libero ad vtranque aditu municipalibus. si non facultatis vtiq; modum ad necessitudinem retulisse eo probentur, quòd alio prohibiti accedere, obtemperauerint. Hæc autem vulgato verbo Bannalia vocât. ac de his congesta sunt responsa apud Chassan tit. *des droits de pasturage*. §. h. Iacob. de factio Georgio tract. suo feudorum, in verb. & cum molendinis. Andr. Sicul. tit. quæ sunt regalia, in ver. flumina nauigabilia. de vsib. feud. Bald. d. conf. 171. & conf. 463. vol. 4. Alex. conf. 108. vol. 3. Crau. d. conf. III. Boër. decif. 125. potissimè decif. 213. vbi quotidiana ex hypothesi non prætereundum, concessio in emphyteusim molendino binis molaribus, superaddito altero augèdum censum contendit. Sed de inferiore & superiore mola non accipienda pignoris loco, vide Deut. ca. 24. Porro ad ré, aliud à Crauetæ responsio argumentum, separatâ vim habere persequor: fatear enim vt vis controuersum id cogor, vniuersitati dum tributum commune cæteris imponit, si non & ei imposuerit qui se immunem asserit imputari, quasi manifestò nõ abs re iactasse suû huius sufferens onera suo præiudicio diiudicetur. ar. l. cum de indebito. ff. de probat. sed iure quodam libertatis, quàm alteri inesse existimaret, si me non fallit Bart. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de itin. act. priu. & arg. ex l. si stillicidi um. ff. quem ser. amit. vbi per contrarios actus seruitutis, & ipsius ius seruitutis amittitur. quibus accesserit Craue. conf. 293. itemq; Panor. mit. in cap. peruenit. in fi. de immunit. eccles. explicite probasse, nec rem inutiliter à glos. deductam in d. l. j. in verbo, si quas, circa si. cum qui collectari non debuit.

deuisset, collectatum, tandem priuilegium amisisset. ut si eadem sit contrariorum disciplina, & eadem ratione actu contrario immunis fiat. Planè mihi à questione aliena extitère hæc omnia: ac dixi, nihil esse quid prohibito, qui in sua area huc usquæ non edificasset, prohibens imputaret se prius ædificasse. quia cum in suo, iurèque licito faceret; nec dum prohibitorum, de futuris contingentibus sollicitum, reclamasse oportuit, prohibentem suis nocere ædibus, quæ nondum essent.

S V M M A R I V M.

- 1 *Seruitus pro parte nec quari, nec amitti potest cum effectu. § nu. 3.*
- 2 *Seruitus nõ adificandi debetur fundo, nõ persona.*
- 3 *Res sua nemini seruit, & ibi, indiuisim pars tacta ad omne trahitur.*
- 4 *De possessione duorum in solidum, aut pro parte.*
- 5 *Diuisio nominum inter hæredes.*
- 6 *Satisfactionis in nouo opere ratio, & limitatio,*

Q V Æ S T I O XLII.

TItius cum Mæuio domum communem habet, itidemq; aream vsibus domus idoneam: Seius parietem cõfinem areæ fenestrare à Titio prohibitus, obtinuit à Næuio; an rectè, quærebatur. dixi ex l. sed si inter te. vers. quia inuito socio, in re communi non habes ius ædificandi. ff. de seruit. vrb. præd. ius duobus quesitum dominis ne aperiri possit paries, nemini diuisam seruitutè referre. nanq; indiuisim in indiuisam aream ea concessione prospecturus esset Seius. sic est interesse Titij parietem obcludi. habetq; genuinum hunc intellectum l. si ædes. versic. quod si alter ex his mihi seruitutem remisisset, ab eo solo liberarer; alteri nihilominus seruitutem deberem. ff. de seruit. vrb. præd. & l. p. fundû. ff. de seruit. rust. præd. vbi posse ius seruitutis itineris cõcedi particulatim a plurib⁹ dominis, voluit Celsus: non autè aliter fieri cõdi potestacè,

q̄ si oēs cesserint, vt licet q̄ cōcessit, à prohibitiōe ab-
 stineat, vi cōventionis: q̄ dū huius personā respicit, ra-
 tionis rationem alterā aperit. quoniā nō personæ, sed
 areæ cōmuni debetūr seruitus, vt inde soli tātūm, nō
 personæ incunda sit differentia. l. vnus ex sociis. ff. de
 seruit. rust. præd. seu cum solo tātūm vendito trāseat.
 §. ideoq̄. Inst. de seruit. quemadmodū nec rectē qua-
 ritur fundo communi; nisi ab omnibus in fundo com-
 munibus dominis. l. proprium. ibi, quia per vnum so-
 cium communi solo seruitus acquiri nō potest. ff. cō-
 præd. Qua eadem ratione proposita prius specie, aut
 vtrunq; dominum aream vendidisse oportuit. sed iā
 à quæstione seruitutis digressum est, q̄a res sua nemi-
 ni seruit. l. vti frui. ff. si vltusfruct. per. aut ius prospēct-
 pacto constitui seruitutē, nemo negauerit; verūm eo
 indiuiduam velim, quia dum fundus cui debetur est
 indiuiduus, contra ius indiuiduum concessa seruitu-
 te, suum socio præripi videretur, & in qualibet parte,
 vt in l. an vnus. ff. si seruit. vindic. Hæc sit rationis con-
 sideratio, quod indiuidui cuiuspiam tacta pars, in to-
 tum concussionem profert, vt annotasse Trebatium
 refert Vlp. in l. vulgaris. ff. de furt. quod etiā pertinet
 ad rem pro indiuisa habitam, vt fundo vēdito posses-
 sio partis, totius quærat possessionem quemadmo-
 dum in iure seruiturū vnicus quasi possessionis actus,
 vniuersam trahit, de quo Bar. in l. 3. in ptinc. ff. de acq.
 posses. ac præterea quoad possessionē sic conueniunt,
 vt quatenus illa iuris est, æquē vtrinq; possit esse pos-
 sessio in solidum pro indiuiso quemadmodū dicimus
 ex duobus reis in solidum obligatis, alterutrum in so-
 lidum conuenire licitum creditori; sic & quemlibet
 iuris possessorem, ius in solidum, seu in feudum, seu
 in seruitutem habere, possessionem autem quatenus
 facti est. i. corporalis, æquē vtrinq; non esse in solidū.
 nam possibile est per rerum naturam, vt quem ego lo-
 cum teneo seu prospiciens, seu itinere, via, actuque
 utens,

vtens seu simpliciter fundo hærens, tu eum quoq; locum teneas: licet & aliam partem fundi possis ingredi, & seruitute aliunde vti, aut alio tempore. Hæc autem pertinent ad l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod. l. si duo quoque possideant in solidum. ff. vti possid. quanquam si ibidem paulum referas ad diuersas possessionum causas, quæ eiusdem rei in solidum possessionem amittant. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. nihil sententiam minuit; cum hæ causæ ad ius vtrique pertineant: sic fit, in solidum penes quemque esse, vt nec diuisionem habeant in specie nominum defuncti inter hæredes communium. l. ea. C. fam. l. hercis. l. hæredes. in prin. ff. eo. quocira, ait subtiliter gl. fit totius nominis alterutri assignatio, & rectè: traditione enim instrumēti, abundè est actio tradita, quoad rem illam pertinet. l. seruum filij. §. eū qui chirorgaphum. de leg. 3. l. j. C. de donat. non autē potest media pars instrumenti tradi; cum vnico cōtextu exaratum, simul semelq; ex integro defuncto quæsitū fuerit proinde similitudo traditi corporis sic effingi nequeat, nec diuisio persipi aliter, quàm ipso iure facta sit, pro portionibus hæreditarijs, pro quibus competit ad partem nominis actio, citra alterius hæredis cessionem: sin secus, cessione alterutrius opus est, & consequenter non absoluta censetur diuisio; cum penes cedentem hæreat adhuc actio, vt not. in l. j. C. de nouat. atque hinc gl. potius assignationē quàm diuisionem esse contendit. Rursum eò progressa disceptatione, num & iure proprio aperiri posset paries, præstita restituendi operis satisfatione, per. l. stipulatio noui operis interponi solet, quoties vicinus dicit ius sibi esse prohibere vicinum, nouum opus facere. ff. de op. no. nunt. & l. j. in fi. his verbis, quia est in potestate successorum, euitare interdictum satisfatione oblata. ff. ne vis si. ei qui in poss. mis. est. Videbatur quidē & posse vicinū impunè facere, nec præstita satisfatiōe. l.

fluminum. vbi gl. in ver. furnarij. ff. de dam. infec. At dixi nec audiendum cum satisfactione iure nostro municipali, quia paries à latere domus, communis esset utriusque, puta & domus, & eræ domino: propterea aperto pariete, nullo iure fenestras immisisse. l. eos. ff. de seruit. vrb. præd. quò in promptu, ac proculdubio innotesceret, euauisse vim satisfactionis: qua tū demum vtamur, vbi aliquod fuerit ambiguitatis ad decisionem impedimentum, vt ait Iustin. l. vni. C. de op. no. nunt. Sciscitatum rursus, quid si dubitaretur cuius esset paries, ane esset communis? id enim in discrimen prohibitus multis modis vocabat: subiunxi, nec tamen nouiter aperiendum parietem, prætextu satisfactionis de nouo opere restituendo; quia huius satisfactionis speciatim natura esset, non opus restituere, seu obcludere fenestratum parietem, si iudici fore liqueat consentaneum, sed aliud hîc versari: nēpe vicinum aperto pariete aream meam ingressurum. hoc autem factum satisfactione restituendum vix caueri posse. At enim nec prætereundum fuerit consilium Speculatoris, tit. de empt. & vend. in princ. n. 24. si fiat pactum, ne vicinus possit fenestrare parietem, vt in quencunq; possessorem transeat, causam exprimentam ab vtilitate domus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Venditioni quæ tacite accedant, & quæ præstanda emptori. & nu. 2.*
- 2 *Accessorium sequitur naturam principalis.*
- 3 *Emptor vtitur iure quo vti solebat venditor.*
- 4 *Venditor seruitusem non debet à fundo præstare. quid si sciens non addiderit, aut si ignorauerit.*
- 5 *Intellectu aditum & fundorum sine aditu consideratio. ibiq; huiusmodi plura. & quæst. 44. in fi. & quæst. 25.*
- 6 *Venditor aliter damnandus est præstationem itineris, aliter legatarium.*

QVÆ

QVÆSTIO XLIII.

IN vendendo fundo, quædam, etiam si non dicatur, præstanda sunt: velut ne fundus euincatur, aut vsufructus eius. Quædam ita demum, si dicta sunt: veluti viam, iter, actum, aquæ ductû præstitum, i. l. in vendendo. ff. de contrahen. emp. & l. penult. ff. de euct. Ratio differētis esto, quia fundus quovtatur emptor, ab eo emitur, vt si euincatur, continuò non amplius conuentio in emptionem & venditionē, sed in deceptionem desinat. Nullo dato venditor pretium consequutus est, eoque manifestissimè cum aliena iactura effectus ditor. Tacitè igitur id cædâ actû, quod omnino naturam contractus sortitur, seu rei, seu cōventionis partem. verùm si vëditor seu iter, seu viâ, actû, seu aquæ ductum non consequatur; haudquaquam sterilis sit venditio. nanq; hæc vtilitatis sibi causâ parari, à vicinis, seu si reclamauerint, à iudice exposulare licet, per gl. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. & arg. l. si quis sepulcrum. ff. de relig. & sump. fun. not. Boër. decis. 322. quasi & illud sit religiosû, vtilitatis publicæ ex causa fundum coli, atq; hinc asportari fructus. Sed si vti solebat vëditor, seruitute, ad eumq; spectaret, & tacitè quoq; ius vëditum esse eundi probabilis est interpretatio, vt fundi accessorium. l. qui fundum. §. in lege, & §. fin. ff. de contr. empt. l. si domum. de leg. j. quam citat Bart. in l. binas ædes. j. ff. de seruit. urb. præd. ac præcitus ille à Pobello in auditorio. 13. Iunij. 1570. quo præterea tutissimò prouisum sit venditori, si aduicerit fundum venditum cum egressibus & accessibus ad viam publicam vsque. Eodemq; in auditorio inclinatum est, sub dubio tamen præstandû à venditore iter, quo vti solebat ex l. damnas esto. ver sic. hæc forma in agris seruetur, quæ viuo testatore obtinuit. ff. de vsufr. leg. nisi emptori aliunde pateret, ne iniquè multò deceptus sit emptor, qui putaret iter quo vti solebat venditor, huius esse, & consequenter

tractui accedere Atq; his absolutè seruitutem deberi fundo, venditor præstare non cogitur, sed præstet à fundo non deberi, natura contractus exposulat, si vti optimus maximusq; est, vendatur. d. l. penult. seu si contra sit, sciendatur venditio, ea supetaddita formula: sin minus, agat emptor ad id quod interest, aut si venditor seruitutē ignorauerit, quāto minoris esset empturus. qui sensus est gl. & Pauli Castr. in l. cū vèderes. ff. de cōtr. empt. & l. in vèditiōe. ff. de act. emp. Quin & repellatur emptor ipse, si seruitutem deberi non ignorabat. l. si fundum sciens alienum, vel obligatum, comparauerit Athenocles. C. de euiēt. Seu igitur redes, seu fundū siue aditu animo perpēdas, q̄ forte ex inofficiosa diuisione euenit. vt l. via. §. si. ff. de ser. rust. præd. hæc physica imaginatio est, qua & iure nostro sit nonnunquam aliter animo rerū cōsideratio, q̄ sint re vera secundum corpus; vt in resolutione vnitatis in pluralitatem trad. Bal. in l. cū inter. C. de fideicommissi. libert. sic & si finem dixerimus principium, quod intellectu procedere docet. Bar. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. faciend. Sic si hereditatem ipso tantum animo ab omni abstractā materia effinxeris, seu ait gl. in l. in suis. ff. de lib. & posth. nudo & puro intellectu: nō aliter, quā si rem vnam eademq; diuersimodè censemus apud Bal. in l. j. nu. 4. C. de ser. fugit. aut si in momento temporis quid fieri contendimus: id enim esse non potest in instanti, sed solo intellectu percipitur. gl. in l. si. C. de bo. quæ lib. aut si punctum indiuisibilem terra mariq; immensum globum compactum velint interpretationis ergō, aut sanè quoad ipsum totum, tametsi diuisibilem, econtrā alternatis vicibus tum bella, tum iura ipsa rei veritate manifestius nostris vsibus iudicent. sic enim domum aut fundum sine aditu fas sit perpendere, quasi aditus quia in alterutro non insit, nec alterutrius pars videatur: eoquē propter subtiliter emptori leges sua sibi defra-

dia

dia imputauerint, hæc extra rem notabilia tamē præ-
 termissa, ac cōsequenter neglecta ex l. eos. C. de aque-
 duc. l. ii. l. item apud. §. ait prætor. vers. quæ notabili-
 ter sunt, nisi exprimentur, videtur neglecta. ff. de ini-
 iur. potissimè. cum alterutrius vsib⁹ necessarijs, extrâ
 venditoris factum, per officium iudicis pretio obtineri
 possint. ar. doct. Bar. in l. si eū seruum. ff. de reb. cred.
 cuius memini quæst. 74. nu. 1. Acad. q. li. j. Diuerso iu-
 re vtitur legatarius: is hæredem, sibi præstari iter ad
 legatam domum, interpellat. quid enim impræuisum
 ei imputaueris: cui & ignorantī quæritur, nullo suo
 præcedente facto, gratuita ex testatoris concessio-
 ne, latius vtique quàm stricta inter viuos stipula-
 tio, proferenda. At hæc ferè sit acceptio. l. si fundum.
 §. qui fundum. de le. j. & l. 2. C. de bo. vac. lib. 10. ibi. ea
 quæ ad instructum possessionis vel domus pertinent,
 tradenda sunt: atqui aduerto de domo seu possessio-
 ne data quæsitum prius.

S V M M A R I V M.

- 1 *Domus & domicilii acceptio. & num. 2. ubi quid ea appellatione continetur. & num. 4.*
- 2 *Domicilii in domo procuratoris constitutio.*
- 3 *Taberna, & spehæca, an appellatione domus contineantur.*
- 4 *Domus pertinentia qua.*
- 5 *Possessionis et fundi acceptiones & de tradita possessione, res. q. 42. num. 5.*
- 6 *Eiustionis domus fundi & hominis in totum, aut pro parte singularis distinctio & nu. 7.*
- 7 *Hominiis diuisio.*

Q V Æ S T I O XLIIII.

Videndum est de varia vtriusque acceptione, in ac-
 ceptione iniuriarum vindicanda à Prætorē, si domi
 facta proponatur, cum hæc tutissimum cuiusque sit
 refugium. l. pleriq; ff. de in ius. voc. continetur domi-
 ciliū. l. lex Cornelia. vers. domum accipere debemus,

nō proprietatem domus, sed domicilium. ff. de iniur. nec tamen fit perpetuum, alterutrum altero contineri, puta vt qui domum habeat, habeat & domiciliū, aut contrā. Exemplo est constitutio domicilij in procuratoris personam vsu nostro forensi, quā perpetuō præsentibus diiudicentur litigatores, ac nec alio quæsitandi sint. domicilium igitur in domo procuratoris habere finguntur ex necessario iudicij ordine, re vera alibi domum habent, & quoad cætera domicilium, scilicet quo familia moratur. l. vxori. ff. de leg. 3. sic & plura domicilia, & plures domos. l. Labeo. l. assumptio. ff. ad municip. Alex. conf. 32. vol. 52. Appellatione domus continetur area. l. domo pignori data & area eius tenebitur. ff. de pig. act. continetur & insula contigua domui, si vno pretio cum domo comparata fuisset, & vtriusque pensiones similiter acceptolatas rationibus ostenderetur. Venit & hortus cōtiguus illius causa paratus, vt amœniorem domum; & salutare possideret emptor. l. prædiis. de l. 3. Bened. in cap. Raynutius. in verbo, & hortum. de testamentis.

Tiraq. de iur. primig. quæst. 73. Venit apotheca, quæ eodem sub tecto domus comprehenditur: hoc si non aliter cum Crau. conf. 134. coniecturis dissoluas. Dico, quia apotheca domicilio nihil quicquam cōfert, non abs re actionem institutam, an absolutè appellatio domus hanc teneat: sic meritò coniecturis à destinatione patrisfam. & modo pretij venditionis diffiniri: non, quod probat Crau. à diuersitate locationū: sed quia licet vno nomine vniuersam domum haberet, per partes locaret, quæ facilius conductorem inuenirent. ex l. Caius. §. si. de le. 2. Ea verò quæ apotheca continentur, legata domo non legata esse censeo; non magis, quàm cætera mobilia non affixa domui. l. cum fundus. ff. de instr. & instr. leg. Tametsi an apotheca pignorata, & huic hærentes merces pignori nexæ sint, quærat: pleriq; videri pignoras probant,

ex l.

ex l. cùm tabernam. ff. de pig. at caupona nomen est negotiationis, taberna loci. l. tabernæ. ff. de fūd. instr. leg. sic Bar. in l. cùm tabernā nihil in taberna debitorem, præter ius negotiationis, habuisse soluit: vera, ni fallor, distinctione, ex l. qui tabernas. ff. de contrah. emp. & l. si domus. §. si. de leg. j. cuiq; haud obscure accedit Scauola legis autor: apud quē cùm taberna nomē loci esset, dubitata erat, vtrū debitor qui creditori pignori tabernā dederat, nihil egisset. Etenim si locus ipse debitoris extitisset: non magis merces in pignoris causam caderent, quam legata taberna eadem non continentur, cùm abundē seu legatario seu creditori subueniatur adiectione loci, quem designationis facillioris ergō, tabernæ nomine indicant testator ac etiam creditor: non quòd non affixa nec coherentia præter loci necessitatem compræhendi existimarent. Accedunt domui pertinentiæ, sic enim vocāt nostri, quinque pedes circum: pertinentijs ecclesiæ 30. sic Bart. in l. item apud. §. conuitium. ff. de iniur. quem refert. Guid. Pap. sing. 405. Galli proprium habent verbum, *le vol du chappon*, in casu quem dixi, q. Acad. 9. lib. 2. rota per quam aqua trahitur, fistulæ & canales ædificio fixi accedunt similiter. l. qui fundū, & l. quanquā. ff. de contra. emp. seu quæ omnia quasi pars ædium vel propter ædes necesse habentur. l. Iulianus. in fi. ff. de act. emp. cuiusmodi sint castro concessio, catapultæ, & cætera munimenta, quæ protectioni necessariæ loci destinata perpetuò, immobilium natura, velut fixa solo censentur à Tyraq. *des retrahis lignagers*. gloss. 7. nu. 96. & Iacobo de S. Georg. tract. feudorū. in verbo fluminib. Instructis verò domib. accedūt & mobilia, eāve oīa quib⁹ instructior esset paterfam. l. quæsitū. §. idem respōdit. ff. de fund. instr. le. Appellatione possessionis, vt licet propriè sit possessio vsus fundi, cuius aliena proprietates est. l. q. ff. de verb. sig. vsu inualuit fundū cedere. l. interdū pro-

prietatem quoque verbum possessionis significat. ff. eo. not. Chassan. à Bart. & Bal. tit. *des droits & appartenances à gens mariez*. §. 5. & appellatione fundi, pas-
 6 cua huius causa parata. l. Seix. §. Tyrannæ. ff. de fun. instr. le. l. testatrix. ff. si. ser. vind. Sed plerunque fundū, sine horto accipi placet. Bal. conf. 378. vol. j. & sine vil-
 la. Vlp. in l. locus. ff. de verb. sig. vbi & quæcunq; pars fundi, fundus dicitur, si id constituerimus. Differunt
 autem quoad euictionem, fundus & domus. nam hu-
 ius euictis singulatim cæmentis, eadem non videtur
 euicta; quemadmodum nec euictis tabulis, nauis ead-
 dem euicta est. l. naue. ff. de euict. propterea cæmēto-
 rum aut tabularum corpusculum partem facere, qua
 totū in euictionis cōtrouersiam plenam verletur, vi-
 sum est absurdum: præ proportionis distantia, qua ef-
 fici nequit, singula illa corpuscula, aut domū aut na-
 uem esse: fundi verò pars quælibet, fundus est. d. l. pla-
 nè. §. j. de leg. j. proinde istius euictio vniuersam euic-
 tionis iudiciū æquè trahit. hoc etiam quia pars hæc
 re vera euincitur à domino: iuncta verò cæmētia, aut
 tabulæ domui, aut nauī, à domino iure non euincun-
 tur; sed ei in duplum estimationis actio competit
 aduersus ædificantē, nulla in rē, nō diruto ædificio. q̄
 ob exiguam accessorij considerationē, prohibitum §.
 cū in suo. Inst. de re. di. no. in l. cætera. de le. j. Euicta
 pars hominis itidem propria iudicium euictionis nō
 suspicit, nāq; ait Paulus in l. si actum. ff. de euict. non
 potest videri homo euictus, cū pars eius euicta est.
 7 Rationis ratio, quia diuidi homo cū nō possit, em-
 ptor aut totum, aut nihil possidet: si totū, ia pro parte
 euictus non est: si nihil, frustra de parte quæsītū. Ve-
 runtamen diuersum illud à superiore specie mihi in-
 cidit: tertius tandem sibi debere partem contendit, ac
 subsequenter agit in hominem, quoad operarū & ac-
 quisitionū parte idcirco cū emptoris intersit, nulli
 obnoxium habere hominem, sibiq; omnia per eum
 in so-

in solidum quæri, non pro parte; poterit emptor aduersus venditorem, in idiplum quod sua interest, agere nanq; & ex ea parte, intellectu saltem, diuisus homo videtur. vt in l. seruus commnis. ff. de stipulat. seruor. quemadmodũ & incorporalia diuidi intellectu posse. no. in l. ea quę. C. famil. excisc. corporis sunt sue partes palpabiles, quas mēbra dicta ait Bal. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugit. à metior metiris, q̄ est partiri, & diuidere, sic tamen, vt quę distinctũ munus habent. principaliter membra sint, vt manus: alia accessoria subministrantia, vt digitus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Aede legata, aut fundo, cū nec ades nec fundos haberet testator, an subsistat. § num 3 § 4.*
- 2 *Fictionum in iure modus. § quest. 12. nu. 14.*
- 3 *Denonstrationis falsa, explicatio à legato debita de quo non constat.*
- 4 *Legatarium sine cessione agere.*
- 5 *Dotu idonea quid non recte petatur cōstitutio matrimonio const. ante. § in huius cōstitutione minori, dari curato em.*

Q V Æ S T I O XLV.

QUæro ex eo loco, si cū nullas eades haberet testator, ædes tamē legauerit, inutile est legatum; se-
cus est, si aliquas possideret. l. si domus. de le. j. nam ait Vlp. & si quā uolet hæres, aliquam tandē præstare cogitur prioris sententiæ ratio. arg. cap. ad dissoluendũ. vers. quocirca. de desponsat. impub. Rot. decis. 88. in antiquis quia, aiunt nostri, impossibile per naturam, impossibile est per artem, quæ tantũ naturæ imitatrix est. l. adoptio. ff. de adop. l. ubi repugnãtia. vers. quæ rerum natura prohibentur; nulla lege confirmata sunt. & l. si. ff. de reg. iur. quod in rerum natura non est, nec esse potuit, nec esse speratur, nostrorum non sit præter naturã in naturam tentare: ne, dũ serio res agitur, plus quàm par sit, Harpyiarum, Cætaurorum,

aut huiusmodi fabulis hæere videamur: vnde peti possit tum fictionum in iure modus, quem in decem prædicamentis subtiliter exquirat Euerardus in loco à vi fictionis: tum ad rem sensus l. quod in rerum. & l. si seruus. §. qui quinque. de l. j. vt quod in rerum natura non est; non eo legari nõ possit, quia falsa demonstratio legatum perimat: sed ipsa in legato falsitas. vt in l. si sic. eo. si mihi quod Titius debet, fuerit legatum, neq; Titius debeat, nullum est legatum: falsa enim demonstratio est, falsumq; est demonstratũ, quod non apparet quantum fuerit. & in l. j. ff. de hæred. vel act. vend. si hæreditas venierit eius qui viuit, aut non sit nihil probetur actum. quia, ait Põponius in rerum natura non sit quod venierit. Sic si testator quæ debet Titio, ei legauerit, nihilq; debeat, non valet legatum: contrà, si decem quæ debet Titio adiecerit. nam quamuis nihil debeat Titio, facillè conicitur errasse demonstratione, prorsusq; certum demonstratum præstari voluisse: quasi & iam tũc debeat decem, cum eadem sponte legat, subinde valeat id legatum, cuius forma purificari potest. vt è diuerso, si tertio decem, quæ ei Titius debet, legauerit, nullum sit legatum si nihil Titius debeat: neq; enim subsistere quouis modo interpretatione assequitur, si quidem frustrà hæres aduersus non debitorem cessurus est actiones legatario: at qui has tamen præstet cogendus tantũ. l. legatum ita erat, que Lucius Titius mihi debet, hæres Cornelio dare damnas esto: nihil amplius ex hoc legato quàm actiones præstare debet. de leg. j. sed si præter cessionem, agat legatarius ex l. si ex legati. C. de legat. Bal. conf. 151. vol. 3. nihil ad rē, secundum ea quæ proponerentur. idemq; si iustus esset hæres facere vt legatarius centum haberet: quia nemo possit facere vt rem habeam, nisi mihi dederit. l. si hæres. eo. Bart. & gl. fundi quoq; legatum inutile aiunt legato fundo generaliter, tametsi testator fundos possi-

possideret, ob incertam demonstrationem, seu quam incertam hæres faciat, præstatione fundi palmæ latitudinis: cum fundi destinatione nostra, non natura, terminentur; nisi quis naturæ limites ab oris maritimis, fluminibus, aut montibus longius repetierit. Dicebam ædes destinatione nostra constitui, at præstari aliquas, si possideret testator, ut licet æstimatione minimas. dict. l. si domus. Sed & similiter præstari fundum, si fundos possideret: quia ut in ædibus, sic & in fundo non hæredis, sed testatoris destinatione perspicienda sit: hoc autem constabat, qua destinatione hunc, aut alterum fundum possideret, posse enim aliter & in ædibus dolum iniri ab hærede, qui, si verum sit sua destinatione dici, dum vnam in plures faciet, elusorium quoque legatum faciet. Nō est igitur ignotum fundi corpus, sicut nec ædiū, cum de fundis testatoris appareat, & ædibus. nec me moratur responsum Vlp. in l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. quoniam dotem in genere & indistinctè constitutā quæreretur: quo merito, pro modo facultatum concedentis, ac pro dignitate mulieris cui datur, ac mariti, ineunda sit taxatio: quasi id tacitè actum subintelligatur. sed & eo si fundus simpliciter constitutus esset fauore dotis, idoneum præstari oporteat. arg. l. auus. ff. de iur. dot. & l. j. ff. sol. matr. Nisi forte fundo ab ipsa muliere promisso, nō subsequuta designatione certa, matrimonium consummatum esset. pertimescendum enim ait Connan. li. 8. ca. 8. ne fraus fieret legi, qua donationes inter virum & uxorem prohibentur. Aut dico, quia ea de re disceptatio impari sit congressu odiosa: quinimò ferè incōpatibilis, qua mulier virum impari tanta dote ausit asserere, & eo potius metu mariti impari constituat dotem: quā, licet vniuersorum bonorum dare possit, nec tamē dedisse præsumitur, nec verò dare expediisse not. in l. mulier bona. l. 60. ff. de iur. dot. l. si ex causa. §. in do-

tis quoq; modo mulieri subuenitur, si ultra vires patrimonij, vel totum patrimonium, circumscripta in dotem dederit. ff. de minor. ac nuncupatim. Alex. in l. si constante. ff. sol. matr. curatorem exigit minori nubenti, qui dotis constitutioni ex æquo & bono consentiat. Verùm ante perfectum matrimonium, traditamq; mulierem, non video quid ni idoneum dare compellatur, perinde atq; extraneus promissor compellitur. quid ita? quinimò multò propensius, q̄ in re suam quoad onera vertatur datio, ac ne cōtingat forsità repelli a viro & distrahi matrimoniū. Hoc autem seu pactum, seu stipulatio interuenerit, facilè Conna- no consenserim. rei q; ipsi: quandoquidem pacti contemplatione subsequutum fuerit matrimonium. etenim soluto eo, cūm hæ itidem soluantur causæ, legatum incertum dotis a marito factum, incertorum regulæ priori subiicitur. §. sed si vxori. Inst. de legat. vt re potius, quam verbo inhærendam quoq; sit: præsertim si nihil aliud officere proponatur, quominus liberè præstet. Atqui his si mentem. l. j. de dot. prom. habes, lector optime, tu ipse magis videris.

S V M M A R I V M.

- 1 *Incerta venditio quid procedat, re alteri tradita: quid non tradita, distinctionibus & argumentis traditur. & ibi, de legato incerto, & incerta possessione.*
- 2 *Substantia immutatio tempore.*
- 3 *Venditionis fundi designatis finibus natura.*
- 4 *Fines territorij quomodo probantur. & numero 5. & 6.*
- 5 *Syndicatus in antiquis probatio.*
- 6 *Terminus antiquus Deus.*

QVÆSTIO XLVI.

SEdenim nisi molestus sim, iteratò dum meliora cogitaueris, mihi ea de re satisfacero. Venditio igitur

tur fundi simpliciter facta, nulla est, quia incerta prorsus. sed si sic distincta æquiuoca propositione, ex fundo qui sit iugerum septem. excipienda iugera tria vendantur: inutilis est venditio, quoad tertium, cui re ipsa vniuersus fundus veditur, traditurque. l. q. sape. §. in his. vers. non tamen aliter videatur perfecta venditio, quam si ad mensa & ad pensa annumeratae sint. ff. de contra. emp. iuncta. l. si in venditione. ff. de per. & com. re vend. nec refert adiectam fuisse clausulam constituti. nam quæ possidenda sunt iugera incertum est, ignoratque emptor. sic fit inefficax possessio. l. 3. §. incertam. ff. de acq. poss. l. si fur. §. incertam. ff. de vsucap. l. emptor. vers. quod ita verum esse existimo, si quæ pars aliena esset in eo fundo, emptor ignorauerat. ff. pro empt. omnes refert catalogo Marsil. sing. 496. Tunc autem priori emptori, si quid sua interfit, pretio soluto actionem dari defendi: quin etiam de admissione, quatenus re non tradita alteri, incerta venditio eadem admissione certa fiat; vt sufficiat ne omnino sit inutilis, certam effici posse, ex his quæ de institutione incerta, incertoque legato tradit Bart. in l. quidam. n. 3. de reb. dub. Angel. in §. incertis instit. de legat. Diuersum est, si cum demonstratione constet de legato certo, vt homine legato: incertitudo autem extra rem occurrat, fortè quia propter legem Falcidiam accessuram, ignoratur quæ pars detrahenda sit. veditur itaque, & consequenter possideri potest à legatario ar. l. j. C. de alien. iud. mut. qua vendicatur quod possideri potest. at veditur, quia incertitudo non sit in corpore, sed in detractioe, quæ pecunia pedit queat. qui sensus est apud me l. quæ de tota. ff. de re. vind. At vide, si mauius Bar. in syllogismum huc, coarctatione, in l. 3. §. incertam. ff. de acq. possess. quicquid veditur possidetur pars incerta veditur, ergo pars incerta possidetur. ait esse fallentiam, quia licet incerta veditur, & possideatur, non tamen incerta possideatur. non satis accipio

illationis probationē: quemadmodū, ait, quis dixerit, Quicquid emisti, comedisti: carnes crudas emisti: ergo carnes crudas comedisti. dico enim non fallentiam propriè, vt ille, sed falsum hinc inesse absolute in maiore syllogismi, si quidem eo verbo, quicquid, vniuersa eademq; substantia designatur: sed iam post decoctionem mutata est substantia quæ imò ex solius temporis vicissitudine, eadem omnino momentis temporum non videatur, seu etiam quoad rei umbram pertinet. Prioris syllogismi maior vera est, nec habet interpretationem ex vicissitudine temporis, cū ad idem referatur: minor verò sic se habet, vt simpliciter vera non sit, quoad corpus demonstratum; sed quoad æstimationem, cuius gratia tātūm incerta est: proinde valet legatum, huiusq; legatario competit vendicatio. Sic & si fundum vendiderim, quem pro indiuiso cum Titio possiderem pro parte media: valet enim venditio. l. locus. ff. de acq. poss. ait Bart. quia sit certa quātitas, & locus; at certa, quia media. Sed quid certior, quàm tribus venditis iugeribus? nam vtrinq; vbi sit media, vbi sint iugera emptor & venditor ignorant, vtrinq; constat de quantitate, constatq; de loco vniuersali. Dico qui fundi indiuisam possessionem cū alio habet, si alteri vendiderit, non mutatur forma seu figura possessionis, sed omnino autorē suum successor emptor repræsentat, vt non minus vtiliter possidere pro indiuiso excogitari possit. contra venditis tribus iugeribus fundi qui sit septem, non aliter quā per diuisionem mutato fundi modo, emptor quid cōsequuturus sit, nouerit: propterea non ad mensatis iugeribus, necdum verè dominus aut verè possessor habeatur. Quod si vendidero iugera quinq; fundi, qui iis iugeribus minor sit, venditionem equidem subsistere, sed ex empto in id quod interest, actionem cōpetere emptori, probatur l. comprehensum. ff. de cōtra. emp. l. Iulianus. §. si Titius. ff. de act. emp. & l. si fundo

do vendito in qualitate iugerum captio est, ex empro
 erit actio. eod. Notanter captionis meminit I. C. v. si
 euidenter cum multo minora sint iugera, plura ex-
 pressa fuerint, captandæ amplioris pecuniæ causa,
 quam aliter non præstasset emptor, aptissimè subue-
 niatur: nam & ipse emptor sibi iam antè præuisus est,
 cum fundi ignarus quantitatis, numerum iugerum
 adijciendum curauerit, & conueniat iugeribus pecu-
 nia. Quod me in eam sententiam constanter habet,
 per gl. in l. j. ff. de superfic. Alex. conf. 221. vol. 6. in si.
 prætermisâ eiusdem distinctione conf. 120. vol. 2. An
 a nominibus significantibus certam speciem, an nu-
 merum, formulam conceptam in venditione in cepe-
 rit venditor: quia rebus quod actum sit, non verbis,
 satius censuerim à iudice constituendum. ac videtur
 præsensisse Papin. in l. cum pater. §. pater qui filio. ibi
 nec idcirco fratrem iudicio tutelæ bonæ fidei ratio-
 nes quandoq; præscriptione demonstratæ quantita-
 tis exclusurum. ff. de le. 2. vt licet in legato procliuus
 suadente liberalitate concedentis, id tantum legatū
 quod testatoris fuit, concesserim; quasi errore lapsus,
 plus legauerit, minusve. l. si seruus. §. qui quinq; ff. de
 le. j. Quod si fundus vēdatur designatis finibus, quic-
 quid finibus continetur, venditum intelligimus. l. si
 fines agri. C. de euict. quid enim quicquam eum ex-
 cepisse effinxeremus, qui totum dixit demonstratis fi-
 nibus? Rursum frustra quæritur emptor, simpliciter à
 venditore memoratis, nec speciatim designatis fini-
 bus accedit enim is modus, qui antè à venditore de-
 signabatur. d. l. locus. seu quo vti solebat. sed sic con-
 ceptam formulam eum voluisse conijcio, prout suis
 constat finibus, vt ferè fit, quo manifestè in emptorē
 adimensionum, cum vicino agri domino, periculum
 transferret. Sed hæc species ex vniuersitatis cuiusvis
 venditione potissimè quæri solet, puta iurisdictione
 vendita, castro, territorio, seu mandamento, quo ver-

- 4 bo vulgo vtimur. Probantur autem eorum fines appositione custodum, exercitio iurisdictionis, & exactione talearum, vt ait Bald. conf. 420. vol. 1. aut per instrumēta antiqua idem Bal. conf. 286. vol. 2. sed et si verbis enunciatiuis cōcepta sint. ca. cū olim. de cēsis. Crau. de antiq. temp. part. j. ca. 5. nu. 6. appositione lapidum à syndicis antiquitus, et si non ita strictim fuisse syndicos edoceatur. atq; id ipsum propter ceterorū subsequētem tolerantiam sic Alciat. præsumpt. 13. reg. 2. Dec. conf. 42. qui locus, & ad rē plures alij præmouentur in addit. ad Alciatum. Sed maximè aduertendum, eum à termino sumptum probationis locū, vt gerere præ cæteris. nāq; cū sit immobilis lapis, seu defolus in agro stipes,

Nulla illi ambitio est, nullo corrumpitur auro:

Legitima seruat credita rura fide.

unde figuratè de eo perfequitur Ouid.

-- *Deorum*

Cuncta Ioui cessit turba, locumq; dedit.

Terminus, vt memorant veteres, inuentus in ade

Restiit, & magno cum Iouè templa tenet.

S V M M A R I V M.

- 1 *Castro vendito, an censeatur vendita iurisdictionis, quid si vendatur cum pertinentiis.*
- 2 *Territorio vendito, quid contineatur.*
- 3 *Iurisdictionis est domini, in rebus limitibus circumscribitur, sed res singula non præsumuntur esse domini, quid ita.*
- 4 *Iurisdictione concessa, intelligi nobiles exceptos.*
- 5 *In territorio alieno particularis territorij consideratio ac differentia, si à domino superiore id habeat, aut contra quoad adificationem castri. & nu. 6. & 8.*
- 6 *Præscriptum tantum quantum possessum.*
- 7 *Alienus vsibus propria temere non vsurpanda.*

8 Be-

8 Beneficio quod à te habeo, non possum &ri contra te.

Et q:all. 48.

QVÆSTIO XLVII.

ATqui vendito castro simpliciter, non censetur vedita iurisdictionio, si, vt ait Bart. in l. inter eos. ff. de acq. re. do. personæ, non loco cohæreat, puta quia nõ sit assignata castro, sed ipsum tantum castrum. sic & si quis descriptionem hanc patitur, se tenere in feudum castrum. Secus tamen si principem id dedisse proponitur. quia latissima sit liberalitatis principis interpretatio. l. beneficium. ff. de const. prin. testis. est Bart. in l. si quando. de bo. vac. li. 10. C. & in l. inter eos. ff. de acq. re. do. Bal. & alij, quos enumerat Iacob. de S. Georgio tract. feudorum. sub verbo, de castro rubei montis: licet contradictorem, seu non ita distinctè re diffinientem monuerim Boer. decis. 55. Vendito autem cum pertinentijs huius causa parata cedunt, seu quorum fructus in castrum deferebantur à venditore: quæ intellexisse veditam iurisdictionem territorij, interpretatur Alex. conf. 222. vol. 6. si tamen id pretij quantitate dignosci possit. Vendito territorio indiuisa rerum possessione habita, quacunque finibus continentur, emprori cedunt: dico, à venditore habita, aut si vacatia fuerint, aut sterilia, aut flumina, per Bal. in ca. j. de capit. qui curi. vend. in vsibus feud. cui tamen subiunxeris vtilissimè distinctionem, Iacobi de S. Georgio. d. tract. de feudis, in ver. & cum piscationibus. Nam aliter in res singulas proprietatis ius nullum trãstulit, vt qui nullum habuerit, ex sententia, Afflicti, decis. 267. & gl. quam probat Bart. in prima const. ff. de ver. quæ locum, & l. penult. ff. ad l. Rhodiam de iactu. intelligit, vt Imperator quoad iurisdictionem sit dominus, non autè rerum singularium, nisi aut potestate absoluta aut publicæ vtilitatis causa. Bal. in l. bene C. de quadr. præscr. Aperta sit ratio, quæ & ante occupatam iurisdictionem, potuerunt res singule possessorum esse imò verò

pbabilius quominus primū à proxima generali com-
 munionē discederetur: namq; si rem ad antiquitatis
 considerationem deduxeris, seu primæuam naturę le-
 gem; nulla speciatiim competiit iurisdictione cuiquam,
 sed cuiq; primū, distincto communi liberoq; rerū
 dominio, occupata res libera, sic est naturæ id proxi-
 mius can. ius naturale. vers. communis omnium pos-
 sessio, & omnium vna libertas dist. j. l. ex hoc iure. ff.
 de iust. & iur. meritò prius apud senatū obtineri, con-
 tradictore licet Chassaneo, tit. *des mains mortes*. §. *En*
mex assis. Constat autem in res singulas iurisdictionē
 versari, si à principe designatis finibus cōcessa sit, aut
 occupata antiquitus apud Alex. conf. 76. nu. 6. vol. 2.
 quia & personas, & res singulares municipum fines
 designati habent: vt consequenter iurisdictione indi-
 uiso iuris nomine indiuisum cōprehendantur, nulla
 magis rōe hac altera plus minūse, naturali libertate
 repetita. Quod præsentiens D. Emanuel Philibertus,
 concessa iurisdictione, perpetuò exceptos voluit no-
 biles, qui, vt ait Crau. seruitutem nouam aspernatur.
 atq; id maioris in principē obseruationis, ac magna-
 nimitatis exemplo condonandum fuerat, ex l. liber-
 tus. ff. de fideicom. lib. Sunt & qui in finibus territorij
 alieni, in homines & feuda iurisdictionem habeant,
 ac velut eo territorium quoddam constituent: quod
 ad Bar. not. Alex. in l. pupillus. ff. de ver. sig. diuersimò
 dè quidem ex constitutione, vt in homines tantum
 suos alij, alij & in quoscūq; in eisdem feudis, seu mas-
 sis sed aptissimè ea de causa territorij dicantur domi-
 ni, quia in his terrendi ius habeant, scilicet ius dicēdi
 massis, vtcunq; & feudis distincto territorio. Hic igitur
 singularum rerū dominus, domino territorij vni-
 uersalis coræqualis est: res. n. hæ singulæ, territorij il-
 lius vniuersalis partē nō faciunt, sed separatim corp⁹:
 idq; vniuersum, respectu sui imperij, ac cuius de cau-
 sa castrum ædificare possit dominus, carceres instruc-
 re, aut

re, aut generatim ex arbitrio ædificare vt in suo: quia id licet improprie, fiscum habere. vt trad. Guid. Pap. quæst. 76. arg. ca. cum secundum leges. §. si. de hæret. lib. 6. Sed si a domino territorij, cuius vt plerunq; merum sit imperium, in finem id imperium & iurisdictionem in homines, massa, & feuda acceperit; quia utiq; terrendi indistinctè ius non habet, ex facto probabam nec castrum, nec arcem moliri posse, sed domum, quam bassam vocat, contineri debere, cum possit in fimo, aut medio suo imperio sufficere: seu si apertius interpretor, iurisdictione concessa, abunde ea sine quibus exerceri non potest concessa esse, nec præterea quicquam sat sit, subiūxeris quia dominus territorij vniuersalis inferiori huic domino simpliciter domum dedisse in feudum nobile proponebatur: quamobrem concessionis formam illegitimè immutasse traxissetq; consequens feudi à diuersis multò & separatis, præter iuris communis regulas. in l. Papinianus. ff. de minor. locus est expressus in l. j. §. Iulianus ait, quatenus in fundum progressus est, eatenus interdictum cõpetere. ff. de iti. actūq; priu. disertis quidem his verbis, sua detur accipiendam concessionem, quatenus sic præsentibus adessent modi resq; neq; enim aliter fortè dominus territorij in feudum dedisset. coniecturæ ratio, quia reseruarit imperium supremum, ac subsequenter non obscure & maiore autoritate, & huius causa territorium. Sed eò cum præter veterem formam concessam, ac præter iurisdictioni inferiori necessaria, molitum quid esse proponeretur: defendi restituendum id omne, per l. j. ibi, agros præter consuetudinem vsurpates. de m. cip. & colon. patrimonial. l. ii. Cod. l. si manifestè. ibi. procurator noster ne quid contra veterem formam, atque solemnem morem innouetur, prouidebit. C. de ser, & aqu. velut instructum ad æmulationem domini imperij & territorij, cuius istiusmodi opus sit proprium, subinde temerè ab alio vsurpari. l. vnica

verf. vnde summa feueritate sancimus, vt quod in cul-
tu ornatuq; nostro sacrū adoptabileq; est, id facere te
meritas priuata non audeat. C. nulli. lic. in fræn. & e-
questr. li. ii. arg. gl. in ca. vt apostolicæ. verf. dignitatū.
de priuil. lib. 6. potissimè in præiudicium & æmula-
tionem domini, à quo ius sibi fieri contendit. not.
Bart. in l. si iudex ibi, oppono quòd beneficio quod
habeo à te, possum vti te inuito: solue, bene possum vti
te inuito contra alium, non contra te. ff. de minor.
idemq; in l. pōt. nu. 4. his verbis, syndicus factus à ca-
pitulo cum autoritate superioris, non pōt agere con-
tra superiorem, si litigat cum capitulo. ff. de aut. tut.
cui tamen cōmodè subieceris addit. Iohan. And. cap.
edoceri. de rescrip. accessit haud alienus Boër. decif.
320. nu. 9. & quod subiiciendum fuit, eundem, tract.
de custodia clauium. nu. 45. ex sentētia Abba. & Alex.
concessisse comitibus & baronibus castrum edificare
si mero potiantur imperio.

S V M M A R I V M.

- 1 *Fenda, aut emphyteusim, in amulationem domini non possunt in usus alios diuersos, quam essent initio, reduci, secus si aliunde, quam à domino territorij possiderentur. § nu. 2.*
- 2 *Generalis concessione plures casus excepti.*
- 3 *Aquarum decursus quomodo in dominio alicuius esse dicantur.*

QVÆSTIO XLVIII.

- 1 **D**Efendi in ea quoq; controuersia verisimiliter po-
tuit, inferiorem eundem dominum, cui superior
in feudum nobile, nemora & fundos concesserat, te-
merè in iis regulariam exercere, cū istiusmodi su-
perior dominus idemq; concedens, haberet in eodē
territorio, quibus obesset nouata illa seruitutis figu-
ra: seu quasi inciuile esset, inferiorem dominum ad-
uersus superiorem, iure vtī, quod ab eo obtinuisset. l.
si prius. §. j. ibi, ita tamen vt nullum damnū domino
fundi

fundi ex his detur. ff. de aqua. plu. ar. Quòd si nihil interesset domini superioris; vti posset inferior, quemadmodum & in emphyteusim cõcessa pascua inculta, Crau. respondit. cons. 292. ad culturam redigi, dũ nõ intersit cõcedentis, qui probabiliter ab emphyteusis melioratiõe excepta noxiua putauerit, quæ in specie non concessisset. Et enim generali quavis cõcessione excipiuntur quæ sunt huiusmodi. cap. in generali. de reg. iur. in 6. Rom. sing. 623. Alber. in l. quoties. C. de precib. imp. of. vbi quærit de Regalibus. Mantua. sin. 89. in promissione à locatore facta, de non expellendo colono & huic proximè Bar. in l. licitatio. §. fiscus. ff. de publicanis. in specie qua vendito vectigali salis, non cogitur venditor soluere vectigal: nam antea à se exigere non poterat consequenter, nec ius illud quod non habebat, vendidisse intelligitur. Bal. cons. 29. nu. 2. vol. 2. in iuramento generali, a quo superioris auctoritas excepta sit. Corn. cons. 89. vol. 3. Crau. cons. 234. nu. j. de exceptione donationis à generali cõcessione, per l. cõtra iuris. §. si. ff. de pac. estq; ad rem locus sup. q. 41. nu. 1. in fin. Si tamen in territorio constitutũ fundum, non à superiore domino in emphyteusim, sed aliunde, aut forrè libero iure possedisset: quia, vt diximus à limitatione territorij ad res particulares, nullum proprietatis ius deducitur: nihil impedit vti posse suo arbitrio, eaq; artificia instruere, quæ non sunt iuris publici. l. fluminum. ff. de dam. infec. vt furnum, aut molendinum si aqua non sit nauigabilis, aut quæ flumen nauigabile non faciat apud Ias. in l. quominus. ff. de aqu. plu. ar. Chassan. tit. *des forests & pasturages*. Iacob de S. Georg. sub verbo, & cũ piscationib. tract. feud. At nisi princeps, cuius imperiũ coherentibus aquarum præest decursibus, eisdẽ cõcessisset. tunc enim intra fines territorij concessi, alueus in quo nondũ quicquã antea edificatũ esset, liber relinquitur domino, si rectè teneo. l. si in publico. ff. de aqu.

pl. arc. & Boër. decif. 352. Atq; eo ratio differentiæ est, priore specie ædificat molitor in suo, naturali quadã occupatione posteriore in alieno, puta domini, cuius à superioris concessione interfit prohibere ea quæ sunt artificij in vsu naturali. Porrò merè naturalem aquæ vsum nõ magis, quàm terræ & aëris prohibere, aut tollere potest: quem dare nõ potest. l. quoties. vbi gl. in verbo, quoties, in fin. C. de prec imper. offer. per §. penult. Inst. de iure natur. Rota dec. 2. circa fi. de iniurijs in no. vt scitè Diogenes ab Alexandro petierit, solem illi liberum ne tolleret, quem dare non posset.

S V M M A R I V M.

- 1 *Minoris restitutio aduersus tutorem, aut tertium.*
- 2 *Tutoris factũ quomodo pupillo noceat. § nu. 7. eo.*
- 3 *Pupillus an agat, an conueniatur facto tutoris, longè interest.*
- 4 *Prorogatio temporis redimendi à tutore. § ibi, prorogatione non nouam rem videri.*
- 5 *Alienationis consilium, non euentus spectatur.*
- 6 *Fati descriptio.*
- 7 *Alienationis cũ decreto, aut sine decreto differètia.*

QVÆSTIO XLIX.

- 1 **C**ONtrarijs remedijs contra diuersos tamen & successiuè in subsidium agit minor, cuius res illegitimè distractæ sunt. Tum enim aut petit rebus propriis restitui, eoq; dissolui venditionem in præiudiciũ emptoris, tum si malit, nisi ei illo iudicio satisfactum sit. arg. l. si vt certo. in fi. ff. commod. probata vèditiõne. agit ad id quod interest rem non venditam, aduersus tutorem, aut curatorem. l. fin. ibi, tam restitui rebus proprijs, quàm tutorum, vel curatorum damna sequi, nullo ei præiudicio per electionem generando. C. si tutor vel cur. inter. l. minor vigintiquinque. ff. de euict. Sic & generaliter seu in interdicto, seu in cæteris causis, pupillo nocere non oportet dolum tutoris, seu soluendo est, seu non est, vt in l. neque. ff. de reg.

reg. iur. Ea quidem legis sententia est, inciuile fore tutori, dissimulari grassandi modum circa res pupilli, pecuniariae restitutionis praetextu nanq; interest patrijs haerere bonis, nec aliud pro alio à tutoribus percipere, sed etiam vbi tutoris versatur culpa, proprio auctori eandem imputari. Si tamen & hinc commodū quoq; pupillum consequutum proponatur; puta vim factam a tutore ei qui in possessionem rerum pupilli missus esset; teneri pupillum cōstat. l. j. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei. Teneri verò quatenus ad eum peruenit. l. penult. his verbis, dicendum esse adhuc doli exceptionem obstare si lucrum captet pupillus ex dāno alieno. ff. de reb. eo. Cæterum liberatur cedens actionem aduersus tutorem, per gl. eo. & Bart. in l. si dolo. ff. si quis omis. cau. testam. quomodo accipienda interpretatio est. l. vnicæ. ff. si quis ius di. non obt. l. meminert. C. vnde. vi. assentiente gl. in can. i. 16. q. 6. vt dum pupillum non teneri de dolo tutoris occurrit, procedat si nihil ad eum peruenerit, iure merito: quia si secus, improbè lucrū ex improbato initio permitimus. si igitur nihil inde perceperit, quid illi cum dolo tutoris cōmune? Quæ autē à tutore bona fide gesta apparet, seu etiam distracta re hæreditaria, seu soluendo non sit tutor, seruanda sint. l. cū plures. §. j. ff. de administ. tut. qui locus Pauli cōtrouersia superiore dirimit his verbis, cū si bona fide res gesta est, seruanda sit: si mala fide, alienatio nō valeat. Notat tamē Vlp. ex Papiniano in l. 4. ff. de euct. si bona fide tutor rem pupilli vēdiderit, teneri pupillum de euctione, quatenus rationibus eius acceptolatū sit: seu, ait gl. quatenus locupletior factus est: in reliquum, teneri tutorem. quòd si is soluēdo non sit, teneri & eo quoque casu pupillū, Proinde interest, an pupillus agat contra factum tutoris, an eiusdem facto cōueniatur: priore specie protinus repellatur pupillus: altera nō item, quia reus actore sit fauorabilior, vt absolutè tā-

tum propellatur exceptione, quatenus locupletior factus est, in reliquum discussio tutore. Huc demum pertinet necessaria emptionis & venditionis consequentia, constitutum in continenti appositum a tutore subsistere. cum ea quæ in continenti fiunt, inesse videatur. Tiraq. limit. 15. constit. poss. Itemque pactum redimendi probari, si tutor emerit, forte aliter venditore non alienaturo, per l. contra iuris. §. si. ff. de pact. si recte huius responsi meminit Boër. decis. 182. nu. 35. ad dissolutionem. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. oblig. Sedenim diuersa ex his rone iure quesito pupillo, difficilius est, an a tutore prorogari id tempus possit. & Tiraq. ad fi. tit. retract. conuent. non posse prorogari cõcedit. Ego verò finito tẽpore assentio: quia non entis nullæ qualitates dicantur: vnde quod non sit, an prorogari debeat, frustra quærat. Atqui dum subsistit adhuc venditionis conditio, dum spes est incerta futuri, non intelligo quid exactius de rebus minorum sine decreto non alienandis constituta, ad eam sententiam protraxeris: præsertim si proprie verba legis vsurpentur: hæc enim res vendita sub redimendi pacto, minus proprie pupilli est, verum sub conditione fortuita si venditor non redemerit. quod si bona fide id cõcessisse prius liqueat, & bona fide prorogare potuisse, haud verisimiliter ambigitur: quasi prorogatio eadem potius res sit, quam noua concessio. glos. in l. penult. ff. de act. & oblig. l. destitisse. ff. de minor. l. si donatione. §. si spõsus. ff. de dõ. inter vi. & vx. Capua, sin. 103. Rot. dec. 21. de concess. præb. in no. Crau. conf. 223. nu. 2. & 4. ibi, igitur ratione cõtinationis iudicij vnicatantum dicitur instantia, non duplex. Accedit cõsiliũ prudētissimi tutoris, qui malit rei incumbere, quam pecuniã percipere: aut quia paratum nunc venditorem in pecuniam, postmodum concessa prorogatione consumpturum, ant minus commodè habiturum suspiceretur. Hoc igitur & l. pure. in princ. ff. de dol.

ma. excep. quia fortuitis subiicitur casibus, restitutio-
 ni minoris obstat: nisi palam diuersa hypothesi, aut
 sordes, ait Pōpon. in l. & si sine dolo. ff. de minor. aut
 euidēs gratia tutorum, siue curatorū doceatur, quod
 sic habeo, vt tutorem patremfam. gessisse sufficiat. l.
 generaliter. ff. de adm. tut. quinimo si absolutè de a-
 lienatione rei pupilli sine decreto agitur, his verbis
 Scæuolę. in l. tutor ff. de minor. si in euidentem utili-
 tatē pupilli vrgentibus creditoribus, nec de sordibus
 tutoris meritō quidpiā dici possit, causa cognita esti-
 mādum: seu quod scribit Vlpianus in l. ait prætor. eo.
 si minor caprus non est. ac disertè constituitur in l. nō
 eo minus vers. minoribus etenim ætas cū in dam-
 nis subuenire, nō in rebus prosperè gestis obesse con-
 suevit. C. de procur. tradit speciatim Felinus Sandeus
 cōf. 16. n. 13. addiq; possit dicta lex quarta de euict. nā
 si fundus cum decreto venditus esset, perperā dubita-
 tū relinquitur, an aliquo modo pupillus de euictione
 teneatur. Porro tutorem à sordibus submouet aut iu-
 diciali præsentia, aut honestorum virōrum quorumli-
 bet, seu maximè coniunctorum, & affinium pupilli.
 gl. in l. 2. vers. pupillo. C. de iis quib. vt ind. vbi Bald. &
 Castr. Ias. in l. j. C. de transac. Seu deniq; quod utilita-
 tem pupilli per tractatam docet, licet euentum ad-
 uersum habuerit cōsiliū. l. quid ergo. ff. de contr. iud.
 tut. huiusmodi enim est fati descriptio, causa nobis
 incognita, præter consilium quicquam contingens.
 l. nihil interest. vers. magis fato, quam voluntate eius
 seruata est. ff. de adult. l. 3. ff. de fundo inst. l. e. l. 3. C. de
 inof. test. vbi quoddam mater. in puerperio deceffit, ma-
 ternum fatum dicitur. nec aduersatur Virgil.

*Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
 Sed misera ante diem.*

Didonem fato non perire scribit, quia consultō peri-
 ret. Hæc igitur quæ fati sūt, quoad nos fortuita habi-
 ta, licet in natura certa vt oia. l. sed & si. ff. de iudiciis

vtiq; quoad nos imputari nō solēt: vt vis tamē distinet. supra q. 2. n. 2. Quamobrē ea sit differentia, cum decreto alienasse prius, q̄ tūc demum præter aliam, quam iudicis actis relatam inquisitionē, probationēve non subeat. tamen si res tandē in vnum, ideq; iudicij, iurisq; exitum deducitur, quōq; debuit ab initio. Nāq; si de ea alienationis iudicialis causa queritur pupillus maior factus, ac docuerit vditionem, rescisurus est iudex: vt perinde sit in quæstione iuris, seu ante venditionem, seu postea causam verē cognitam. Prius autem fuisse cognitam, hoc longē tutoris interest. l. si pupillorum. ibi, sed dicēdū est posse tutorem ius suum exequi: tutius tamē fecerit, si prius prætorē adierit. ff. de reb. eo. qui sub tut. at certē tutius. quia pupillo incūbit probatio, obreptum fuisse prætori. l. magis puto. §. manet. ff. eo. potest verō in prōptu succursum esse tutōri prætorē non adito, si paratam & nunc conuentus distractionis causam probet, in quā omnimodo prætor inclinasset: vt si patens, vel ille cui minor successit, ad alienandum esset obligatus, seu reuenditioni cōsensisset, aut venditionē testamento iussisset, aut si de vestibus detritis & superuacuis animalibus queritur. to. tit. quan. decr. op. nō est. si ad diuisionem minor prouocatus fuerit. l. j. §. j. ff. de reb. eo. si creditor ipse, cui fundus erat obligatus, ius suū exequatur. d. l. si pupillorum. si fundus alienus legatus esset à testatore. d. l. magis puto. §. si fundus. & §. si pupillus. Cæterū igitur æris alieni prætextu, nō passim concedenda tutoribus distractio, ac præterea longē minus alia quacunq; ex causa, seu fundus sterilis, vel saxosus, vel pestilēs opponatur. l. penult. ff. de reb. cor. aut hypothecæ nexus, ne eo minus à pupillo maiore effecto vindicetur. l. non est vobis necessaria. l. etiam. C. de præd. vel al. reb. l. 2. C. si prop. pub. censit.

S V M M A R I V M.

1 Tutoris transactio quid noceat pupillo.

2 Tu-

- 2 *Tutoris iudicialiter factum, quid ad pupillum. §
nu. 5. eod.*
- 3 *Tutor an appellare teneatur.*
- 4 *Arrestum quid.*
- 5 *Restitutio propter autoritatē iudiciorum negata.*
- 6 *Confessio in iudicio, aut extra iudicium.*
- 7 *Restitutio pupilli, aut minoris, aduersus repudiationem hereditatis, aut legati.*
- 8 *Hereditatis nomine, quid incertum designari. §
quest. 43. nu. 5.*

QVÆSTIO L.

TRansactionem tutoris, si ad cessionem iuris, non possessionem rei pupilli refertur, defendit glos. & Bart. in l. nulli. ff. de transact. idemq; Bart. cons. 47. & Trigo. sing. 93. rationem habet differentia: nam ius quale futurum sit pupillo, incertum est. rei possessæ commodum, præsens & certum, vt fragili pecunia id redimi necessariò non ita sit ab incertitudine petendum. Quæro quid si iudicialiter tutor egerit, cum putaret iustam causam fouere, & succubuerit, an noceat pupillo? planè qui negligentia appellationum tempora obmiserat, in multam damnatus est publico auditorio, & restitutus minor suadente aduocato fisci, die vlt. Aug. 1580. nullum enim aduersario, præter temporale, damnum sit; qui modus neq; inducendæ, neque tollendæ obligationis aptatur. l. si per imprudẽtiam & l. si ideo. versi. magis enim propter absentiam euictus videtur, quàm q̄ malam causam habuerit. ff. de euict. Sed itè percunctabatur minor, negligentiam tutoris doli succedaneam esse proximè: hoc demum se, non sententia læsum, quum essent omnia appellationis remedio in pristinum statum causæ reposita. propterea appellatione iuri quæsito solam non debuisse negligentiam obesse. Imò verò eo parcius, q̄ iudex desertam appellationẽ ineptius dicturus sit in præiudiciũ indefensi pupilli; cui ex officio aduocatũ,

procuratorem, & tutorem constitui oportet, ne alio-
 qui sententia nulla sit. l. si præses. C. quom. & quand.
 iud. l. nec quicquam. ff. de of. procons. & eundem tu-
 3 tutorem interpositæ appellationis merita probare co-
 gat. l. tutor si in negotio pupilli puocauerit. ff. de ap-
 pel. l. tutores. §. tutores. ibi, litē appellationis inchoa-
 tā iussu cōsulū. ff. de admin. tut. paulò diuersum a p-
 curatore is appellat quidē, sed inuitus appellationem
 nō persequitur. l. inuitus. C. de procur. Sic nec emptor
 cōuentus de euictione, si cū absente venditore appel-
 lasset in causa minus iusta. nam si secus, & appellare
 & persequi teneretur appellationē. per tex. iuncta in-
 terpretatione Bal. in l. Herennius. ff. de euict. quem-
 admodum eo casu proculdubio & tutor. l. si bonā cau-
 sam. ff. de administ. tut. quia ex ca. cū inter. vers. ius
 ex sententia factū fuit. præsumptionē causæ iustæ sen-
 tētia faciat. Qui fortē & tutori & pupillo expediat nō
 appellatū, nisi periculum sit in mora: tutori, quia præ-
 ter iussum consulum, cogi posse non videtur. arg. d. l.
 tutores pupillo, cū ei perpetuò parata sit ad appel-
 lādum restitutio, & ad vniuersam causam. l. si. C. si ad-
 uers. rem iud. sed ipse in causa appellationis, re acta
 diligentius in supremo auditorio, consequetur ex li-
 belli forma; seu si mentē aperiam, velim ipso pupillo
 4 maiore affecto, supremum tentare iudiciū. Nanque si
 appellationi locus nō detur præterea. vnde arrestum
 dicitur latinogallico verbo, quòd sit vltimus finis, om-
 nem aliū finē intercidens, vt ait Bal. in l. j. C. quād.
 pro. non est neces. iam aduersus eum qui obtinuit, re-
 stitui non potest, nec causam instaurare, propter au-
 5 toritatem iudiciorum. l. si tutor. C. in quib. caus. rest.
 nō est neces. l. minor. ibi, non audiuerunt incoloratē
 restitui desiderantē aduersus fratrem, post speciem in
 auditorio eorum finitā. ff. de minor. l. ait prætor. vers.
 sed credo prætorem. gl. in l. minor. 20. annis adito. in
 ver. liberati eo. & in l. debitor. in ver. errore. ff. ad Tre-
 bel.

bel. Bald. in l. ordo. C. de exequut. rei. iud. sed nec restitutions in integrum audiri pupillum, casus est l. properandum. §. fin. C. de iud. saltem nõ discussio tutore, at rursus nec aduersus aliũ, quã tutore restitui, not. in l. Polla. C. de iis quib. vt indig. Tutor enim qui in falsi testamenti accusatione succubuerat, portionem quẽ pupillo accusatione falsa adempta est, necessariõ de suo saluam facit. Sic & repudiata hæreditate à tutore, aut curatore, antè gesta in iudicio distrahendis rebus hæreditariis, rata habenda sunt. per l. in integrũ verò restitutione postulata aduersus aditionem. & l. quòd si minor. §. si verò distracta hæreditate, & negotiis finitis. ff. de minor. significatè id verbum, negotiis finitis, additum, vt finita esse negotia absoluto iudicio, præ eiusdem iudicij autoritate nõ reuocetur. diuersum enim si extra iudicium, qui casus sit l. si. vers. nisi fortè adhuc eo in minore ætate constituto, res vè dite sit. C. de repud. hæred. accedit locus à confessione sumptus: illa in iudicio substitit, ac quærit ius aduersario, nõ æquè extra iudicium. gl. in l. sicut maior. eo. Ad adeundum igitur vniuersam hæreditatem repudiatam à tutore, pupillum restitui concedam locis ex superioribus. atqui hoc primũ constat, re cognita restitutionẽ dari: nõ valet repudiatio. l. pupillorum repudiatio delatæ hæreditatis, sine tutore autore facta, nihil eis nocet. C. de rep. hæred. cõtra igitur tutore autore facta valet. Qua i re distinxisse nõ mediocriter interest: quia si substitit repudiatio, restitutione op^o. hæc autem nunquam conceditur, nisi actor se captũ probet. l. tutor. l. ait prætor. l. nõ omnia quæ minores. ff. de minor. l. cũ hi. §. vult igitur. ibi, sine causa neminẽ trãsigentẽ audiet prætor. ff. de trãsac. & in quæsitã specie Alex. conf. 21. nu. 19. vol. 1. Papon. arresto 2. de restitut. potuit enim ea repudiatione conditionem suam meliorem facere, ne verum sit quod pertinacius apud me quidam egit; eo ipso læsum pupillum, quòd tutor

repudiasset delatam hæreditatem; idcirco causa non cognita restituendum. fallit enim sententiam. d. l. q. si minor. vers. si inuenili ætate ductus omiserit, vel repudiauerit hæreditatem, vel bonorum possessionem, siquidem omnia integra sunt, omnimodo audiendū esse. Quamobrem & id consequens est discutiendum, an omnia sint integra, licet solus repudiauerit: quid inde si cū tutore, cuius auctoritate media valet haud dubiè repudiatio. at probè memini, fundi alienationem sine prætoris factam improbasse Vlp. in l. magis puto. ff. de reb. eorū. Verūtamen à diuersis & separatis exquisita obiectio est. tū enim Vlp. de pupillo solo alienante agit: quæ species est l. j. & 2. C. si vt omis. hæred. vel bo. pos. tum alienationem rei certæ persequitur, puta fundi legati, cuius repudiatio prima facie alienatio est siue causa, vt prima quoq; facie nō valeat Vlp. respondeat. Hæreditate autem quid incertum designari nemo dubitarit, non exigua a fundo differentia; quam opportunè habes à G. Pap. q. 460. subinde causa incognita super incertitudine illegitimè audiendū pupillū, si tutore autore repudiauerit, vt sensū esse arresto refert. Guid. Pap. q. 141. vt quid tutor repudiauerit, quid damnosam existimauerit rei istius villicationem cū primū reddere compellatur à iudice, ad cuius officium pertinet explorare ea, per quæ probetur quantum sit in bonis. l. penult. §. si. ff. ad legem Falcid. l. Aristo. i. ff. de acquir. hæred. l. si. eo. l. Aristo. ff. de iure deliber. Sic meritò quod primū causam dederit cōtrouersia, cumq; in iudicio repudiasset, exceptionum causas circa distractionem rerū hæreditariarum, emptores bona fide obmiserint, quarumq; hæredes ignari sint, manifestò doli parati fauore id potius admiseris, læsum pupillum aditione, aut repudiatione: ergo nec audito primū tutore, aut curatore restituendum.

SVM-

SUMMARIUM.

- 1 *Tutorem soluendo esse, quid intersit emptorū in restitutione minoris.*
- 2 *Emptum ex pecunia pupilli, aut mulieris.*

QVÆSTIO LI.

Sic tamen rem habeo, quòd tutorem soluendo esse præmittam: sin secus, iniustum forè alterius facto irreuocabiliter læsum pupillum profiteri. l. prope-
randum. C. de iud. Dum enim Iustin. speciem in iudicio constituit, apertè extra iudicium re acta, prius cõ venire tutorem sufficiat tertio, quo cum actum est. sit quoque pupillo necessarius hic agendi modus: quia sine tutore, causę cognitio de in certitudine absolui non potest. Sed etiã cū adsint istius sententię affines, singulares hi iuris loci. in l. planè. ff. de minor. in possessore tertiu nō datur restitutio, si prior emptor, cui minor vendidit, soluendo est. cui accedit l. in causã. §. si. ibi, si verò non est soluendo, æquius esse minori succurri, etiam aduersus ignorantem, quamuis bona fide emptor est. not. in l. Titia cū esset. ff. de iu. dot. apud Ruinum. conf. 119. quem citat Rebuf. tract. de restit. art. j. gl. 2. q. 21. ea in indiuiduo quæstione, vt si cõ cedatur restitutio ex clausula generali, si qua mihi iusta causã videbitur: non procedat aduersus possessore si contra tertium actio subsit. Idemq; si culpa tutoris quid hereditariũ deserit possidere pupillus. nam existimatio rei in petitionem hæreditatis venit pupilli præiudicio, si tutor sit idoneus. l. fin. ff. de admi. tut. Sic & Rebuf. tit. de literis ciuilibus. articul. vnic gl. 2. nu. 31. arresto succubuisse refert minorem acceptis literis ciuilibus, quibus taxatio expensarũ literis corã pcuratore facta retractaretur, illæsa tamen cõtra pcuratore actione. Res empta à tutore ex pecunia pupilli, in subsidium fit pupilli. Rom. consil. 413. fundus ex pecunia dotali comparatus, itidem in subsidiũ fit mulieris. Bart. & Bal. in l. ex pecunia dotali. C. de iur.

dot. In proprias res hæredis, dum is de fideicommissio præstando non cauet, fit missio post sex menses quam peti cœperit, idq; in subsidium l. certa est forma. C. ut in poss. legat.

S V M M A R I V M.

- 1 *Donatio minoris pura, an rescindenda.*
- 2 *Donatio causa mortis minoris. § nu. 4. cod.*
- 3 *Donatio huiusdem remuneratoria.*
- 4 *Stipulari an quis possit pro ferenda ope.*
- 5 *Iuramentum minorem maiorem, non prudentem facit. § de iuramenti remissione. quest. 22. num. 5.*
- 6 *Actionem pro modico concedo.*

Q V Æ S T I O L I I.

SEd quidem non solùm si vendiderit minor, non cõtinuò rescindenda venditio: imò verò nec si donauerit. Qui tamen casus prima facie grauiter prohibendus videbatur, ob solam ad antidora accipientis obligationem, re mero commissa arbitrio suo, nihil vice mutua præsentis tradito. si minor vendidit, aut accepisse eum pretiũ interpretamur, aut subesse ad pretiũ actionem. Quid igitur hoc potius, quàm altero restituatur casu? Dico restitui & ipsum, sed nõ promiscuè & simpliciter: quia in promptu in vniuersum seu maior qui donauerit, restituendus probaretur ex læsionis capite, nedum ultra dimidiam totius, sed in totũ ipsum: sed eo verisimiliter non audiendum, quòd planè lædi voluerit, apertè & ingenuè ex forma conventionis re data, nullo recepto. in cæteris contractibus ab initio mutux hinc inde obligationis causa extitit, versariq; æquali lance contrahentes, hic re, ille pretio, aut factò: propterea si minus ab altero præstatur, deceptum alterum dicimus, subsequenter ei restituum. In cæteris aut tollendi donationis fideiussionum & constitutionum modi: aut peracti ex capite læsionis in rem nequaquam tollendi. Hoc nisi
quoad

quoad minorem pertinet, à facilitatis propter ætatē præsumptione, modum facultatum longè excesserit: nulla meritorum præcedentium, aut futuri cuiuspiã commodi contemplatione, congruentiq; consideratione, & probatissimo quoque patrifam. accepta. ar. l. j. C. si aduer. donat. Valet igitur donatio vt licet pura, si contra quæ diximus accesserunt, si credimus Rō. in l. si ante nuptias. ff. solut. matrim. quem citat Tiracquel. in l. si vnquam. in verbo. donatione largitus. numero 29. C. de reuo. donat. procliuius ille in donationem causa mortis descendit. nu. 253. quòd sit reuocabilis exemplo testamenti quod curatore non autore facit. l. ab Aurelio. §. Caio. ff. de lib. le. At verò calliditatibus impensius minores expositos, naturæ solius in ætate culpa prospiciens. lib. 3. statuit ipsam quoque donationem minoris causa mortis nõ subsistere: nisi quinque testium necessariorum conuentioni, duc, cognati aut agnati sint donatoris. Testamenti intacta est ratio. quia maiore solennitate fit, nec eo perinde temere in genus id voluntatis itur. Expressum & scitissimè statuto, si vniuersorum bonorum ob benemerita donatio sit, contineat, ad summam vsq; quingentorum aureorum limitari liberalitatem. Etenim dum ad vniuersam substantiam refertur donatio, seu quod donatarius donatorem sanauerit, aut à latronibus seruauerit, aut aliter periclitantem exceperit: intelligimus incolumen donatorem, officium estimare non potuisse: quodq; datur mercedem eximij laboris vocitandam. vt l. penult. ff. de donat. idcirco donatorem mercedē illā, vnicæ æstimationis omnium facultatum vice rependisse. Atqui ea ex parte munificentia nec illaudabilis forè dici possit, ad quam naturaliter tantum adstrictus esset. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. sed id tamē præter necessitatē iuris ciuilib: ideoq; videbatur actionis expers, nullo sui incommodo alteri præstita ope, ad quæ naturaliter teneretur pser-

tim si, ait Decius in l. culpa caret. de reg. iur. agitur de casu aliquo particulari & momentaneo. Est enim auxilium huiusmodi verè naturale, cum primi hi motus in potestate hominis non sint. vt not. q. 5. fatear licet, ab initio casu præmisso potuisse quicquam in stipulatum deduci. l. metum. §. sed licet. ff. de eo quod met. cau. no. in ca. 9. Regum. j. versi. ecce. nimirum quia à mera naturali ratione receditur: sed tum etiam, quòd naturali obligationi efficacior ciuili soler accedere, Cùm igitur non accesserit, concessa priore tantùm, puto eo amplius à principe donatarij exosam auariritiam, quem non pudeat cum semel periclitantem exceperit donatorem, vniuersa spoliatum substantia, mergere vnda ima. Sic fit quod dixi q. 20. satius consultum donatario merita non adiecta fuisse, nanque simpliciter concepta donatio, eodem statuto valet, si & præcedēs solemnitas testium obseruata, & intra mensem apud iudicem, præsentem donatorem, actis descripta erit. Piissimus princeps ad iudicem rē facit, vt si non ab initio, ex post facto perficiendo adsit operi, suaq; autoritate captiones & blanditiæ dolosæ omnes a negotio procul arceantur. Cæterùm donatione omnium bonorum causa mortis concessa statuto, ferè graue sit minorem in puram & irreuocabilem prorumpere. At valeat tamen donatio iuramento firmata. nanq; iusurandū vt licet de more & notarij stylo adiectum tanti fecere tēpora, vt & in donatione quoque minorem maiorem faciat Ias. in l. ait prætor. §. si minor. ff. de iureiur. Imbert. de Bouenco in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. vbi Bar. & Bal. & in l. j. C. si aduer. donat. à capite minoris ætatis præcisum iureiurando remedium notant. Valeat igitur ea sententia, qua maiorem, non prudentem tamē effingimus. quod hercle necesse fuerat, seu præter naturam minori annos addamus verbo tenus: quod re vera, sed nec capillum capitis, aut horæ momentum,

omnes

omnes in vniuersum vni non possint. persequor non alienus a Decio conf. 181. & ar. d. l. j. C. si aduer. donat. à generali capite si qua mihi iusta causa videbitur restitui. Quæ autem vsquam gentium æquior iustiorve causa, quam sine causa profusa substantia, nullo ex commo do donatoris, nihilq; a donatore præstito, decoctorem miserum, qui neque finem neque tempus expensarum habet, restitui: cum intersit quoq; Reip. ne quis re sua malè vtatur. nec verò probabile sit bene mente compositum quenquam, liberalitatem huiusmodi effudisse in paratam futuram inopiam: prætermis sa incõsulrissimè ordinata charitate, quæ auctore Apostolo incipit à seipso. Ecce igitur suppleat ætate iuramentū, non omni ex parte dolum donatarij auidissimi remittat: sed generalibus prætoris verbis, si qua iusta causa videbitur, vt aliquo modo statutū pcedere eueniat, non minimò læsus restituatur, licet & aliàs p modico cõpetat actio. l. si pprietariº. vers. eadē erūt, etsi minimū damnū detur. ff. de dam. inf. not. in §. gallinarum. Inst. de re. di. & in l. si oleum. ff. de do. vbi tamē ad duos aureos, modicæ sūmæ fit limitatio,

S V M M A R I V M.

- 1 *Presumptio qua pro decreto. C. nu. 2. co.*
- 2 *Sapientis argumentum, se ipsum nosse.*
- 3 *Minor an sit maior ætatis proximus, longè refert.*
- 4 *Minor doctor an restituatur.*
- 5 *Annorum præfixus numerus, multis ex casibus necessarius.*

Q V Æ S T I O L I I I.

Sed grauitèr inconsulta facilitate. vt maximè quod re vera, sit, seu re vera læsus, seu re vera maior, discutiamus. arg. l. illicitas. ff. de of. præf. subito velut siedere extrinsecus, dum ista quærimus, abstracta est à materia idearū quæstio, indeq; præsumptio inefficax per rei euidentiã, qua ad æqualitatem ab initio necessariã, sit à iudice reductio, quemadmodum & con-

D.

- 1 cessa pro decreto ipso præsumptione, metum abfuisse, solemnia omnia accessisse. in l. iuste possidet. ff. de acq. poss. l. qui autore. ff. de reg. iur. Bart. & Bal. in l. j. C. de præd. decur. Alex. conf. 125. nu. 9. vol. j. Crau. cõf. pro genetro. nu. 10. admittuntur tamen econtra probationes in l. magis puto. ff. de reb. eorum. not. Alex. conf. 147. nu. 9. Dec. cõf. 86. nu. 7. Hoc amplius nec dato curatore minori, minorẽ inter alias partes præsumit Alex. cõf. 21. vo. j. quo ex loco defendebã nup cliẽtẽ, à quo se læsum actor quærebat literis restitutorijs, quibus se mète capti tẽpore cõtractus profitebatur, exhibito de curatore dato decreto iudicis. Accedebat præterea in ipso decreto error: nanq; petitione curatoris huiusmodi, quòd suis superesse rebus actor nõ possit: imò planè sagacem eum prudentemq; cõstabat iudici, eo .s. quòd se prudentem non esse assereret. Quæ enim potior sapientia, quam se ipsum nosse: non igitur norit insipiens se talem esse, sed diuersum; cæteros omnes fatuos, se sapientẽ: vt apud Eccl. cap. 10. ibi, sed in via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Propterea nisi à patre testamẽto prouisum esset, l. si. §. & si quidem. C. de curat. fur. ex inquisitione hisce hominibus, ne infantiã Vlyssico more simulare passim liceat, curatorem dari arresto cautum est, per l. obseruare. ff. de curat. fur. vel prod. gl. in l. hæc autẽ. ff. quibus ex cau. in poss. eatur.
- 2 Porro cùm iure potentia propinqua actui, actus ipse quodammodo videatur: seu id iã esse quod proximè futurum est. l. quæsitum. §. illud fortassis. de legat. 3. Bar. in l. mulier. §. j. ff. ad Trebell. l. j. §. sed in eo. ff. ad Syllania. suasi id etiã obseruandum non ad eò præcisè, an minor sit qui contraxit: sed an proximus sit maiori ætati & videretur maior, omniaq; vt maior efficeret, seu cum callidissimis prudenter versaretur: quia autore Terentio, qui cū ingenijs conficitatur eiusmodi, nec cõmouetur animus in ea re tamen, scimus
- 3

mus ipsum iam habere suæ vitæ modum. casus est in l. 2. C. de iis qui ven. æt. imp. cap. j. de æta. & qual. quibus ex locis, viginti anni in masculo, octodecim in fœmina, proximi maiori ætati dicuntur? & favore alimentorum, quatuordecim in fœmina, octodecim in masculo l. Mela. ff. de alim. & cib. leg. decem & septem anni maiorem efficiunt procuratorē ad negotia. cap. qui generaliter. de proc. Idenq; in eo qui doctorali dignitate insignitus est. l. j. ff. de postul. ne faciliè ex capite minoris ætatis restituatur, p l. p̄fessio. C. de muner. patri. lib. 10. Aluis. sing. 87. mirius Bart. in l. j. C. qui & ad quos. & l. sed & reprobati. ff. de excusat. tut. si de restitutione aduersus omissam allegationē iuris agitur, rem accipit: vt in facto non obscurè & doctorē restitui velit, tanquam minorem. quia ætatis culpa doctrina præcox, deficit experientia, q̄ facti est: facti autē error & prudētissimos plerūq; fallit. ca. j. de cōst. in 6. l. si. ff. pro suo. addi possint aliæ quoq; species. ex cap: 3. de despōs. impub. vbi gl. his verbis, ergo pubertatis ex vigore naturali, non ex annorū numero cōprobatur. gl. & Decius in l. pupillum. de reg. iur. in l. si qs in tantam. in verbo earundē. C. vnde vi. in l. si ex causa in ver. subueniet. ff. de minor. l. impuberem furtum facere, si doli capax sit. ff. de fur. §. pupillus Inst. de inu. til. stip. in cap. postulasti. de regular. qui locus de ingredientibus religionē ante annum quatuordecimū est. quāquā quod obiter monuerim, crebrò falli quoque sententiā, nec vllatenus à iure suppleri tēpus, putā quoad tutelam & curam. gl. in d. cap. 3. si de repub. administranda quæritur. l. ad Rempub. ff. de mun. & honor. l. j. ff. de minorib. si de beneficio cui animarū cura annexa est parrochiale ecclesiam vocant. cap. licet. canō. de elect. in 6. exigūtur anni trigintaquinque, si per se exercet: si per vicarium perpetuū, viginti anni: si nec p se, nec p aliū cura exerceatur, quatuordecim sufficiunt. ca. indecorum. de æt. & qual. Clem.

ne in agro. §. cæterum de sta. hom. & quandoque anni septem, quia tunc temporis quoddam munus subire possit in ecclesia, & ad maius institutione euocari. gl. in ca. super. de præbend. can. de his. 28. distinct. si de episcopatu, in ca. cum in cunctis. de elect. anni triginta citra veniã ætatis, exiguntur, maiorem licet ætatẽ exquirente Iust. in Auth. de sanctiss. epif. §. clericos. nepe trigintaquinque annos natum prebiterum, octodecim lectorem, vigintiquinque diaconum & subdiaconum, diaconissam quadraginta. puto quod ætati minori obesse nosset præsumptionem incõtinentiã, quæ maximè tum ætati, tum sexui obnoxia, vt latè apud Mathesill. singul. 102. vix arceatur finibus. Nanque Ouid. 7. Metamorph.

*... trahit inuitum noua vis, aliudq; Cupido,
Mens aliud suadet: video meliora proboq;
Deteriora sequor.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Natura sibi ipsi tempora præfinit. §. nm. 2. eod.*
- 2 *Immatura nonnunquam plus reditus.*
- 3 *Principes quid diuisi §. dy dicti.*
- 4 *Caroli Emmanuelis ducis Sabaudia laus.*

QVÆSTIO LIIII.

- I **P**Ræclare Iustinianus vnico iudicio controuersiam, quæ ab eruditione à singulari præcocique virtute adnasci potuisset, sustulit: rem omnẽ naturæ potius, quàm, vt ferè fit, captatorum arbitrorum fidei committens: potissimè quum in mora solius sit episcopatum exoptantis præiudicium. Mihi autem accepta ratio est. alioquin enim, quod ex quæstione præsensum est in auth. de monachis. §. ordinatione. vix tempus præfinieris naturæ: quæ ipsa & legis præfinitio est, ac quæ item cum nihil vnquam frustra efficiat, illud videbitur, si non & iunioribus vtamur prudẽtioribus, seu rerũ necessitate exoptulante. l. j. C. qui & aduers. l. 2. vers. sed senatores. C. de his qui veniam ætatis. nõ minus

minus, quàm si grauidè latè segeti, quod fortè mitiore sole præpropera sit, falcem supponete spernimus. quin etiam & obseruatione naturali nõnunquam in immaturis plus est reditus: vt de immatura olea respondit Iabolenus in l. penult. ff. de vsufr. leg. felicissimè igitur legalem ætatem natura falli summoq; ingenio præmaturè plerosq; donari frequenter est: illūque illo altero corporis viribus citius præpotentem aut citius deficientè senio: sic illū altero quoq; præpotètem ingenio: vt iā quæ illi senectæ, huic ne dū iuuenta sit. in can. Paul. 2. q. 7. vnde apud se gloriatur vates regius, supra senes intellexisse. At enim si specialiter actū cū numine velis addā imò verò indistinctè, cū omnis potestas à Deo sit, principibus ingentiū facinorū specimè inesse præcocius, velut equidè hi proximiores sint Deo, quo magis vnitatè referūt. Soli imperant, cæterosq; homines solo componunt nutu, beneficis creant, vitæ, & bonis restituunt, creatos restitutosq; ex arbitrio perimūt, quibus & Deus ipse leges subiecit, leges animatæ videntur in terris. in auth. de cõsulib. 6. si. seu leges oēs in pectore habere iuris præsumptione, vt no. in l. omnium. C. de testa. in l. meminert. C. vnde vi. fiuntq;, nisi veterum decipimur monumentis, signa & prodigia horū in ortu & interitu. Accedit natura quoq; strictissima disceptatione cæteri, paribus, maiestatis amplitudo, rerum varietas, & vnde quaq; permouentiū scelectorū hominū copia, quibus ex tẽpore, primo ne dum genas vestiente flore, magna moliri & animo cõcipere, mira iubere, miraq; respondere videantur. Itaq; mutuato à Virgilio verbo, his

-- *nec metas rerum, nec tempora pono.*

Qui ipsi haud impropiè ethnicè, & gnathonisnicè Erasmo licet persuasum, inde diui antiquis dicti sunt: quin & dij, Psal. 81. & adorati, Reg. 2. cap. 9. & 14. idemque Reg. 3. cap. 1. latè Boer. de autorit. mag. conf. nu.

128. Bened. in ca. Raynutius, in verbo, adiecte impube-
ri. nu. 48. & 49. locus est expressus in l. 2. ibi, adoratu-
rus æternitatem nostram. C. de fabricensib. lib. II. Sic
non inconfusio Virgil. vim quandam numinis præter
cæterorum turbam coniiciens poetico famil. exci-
cundæ iudicio orbem diuidit,

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet:

Et quidam ex neotericis ad Carolum Cæsarem.

Astra deo cedant, Carole terra tibi.

Sic ex quæstione proposita eleganter Ouid.

Parcite natales timide numerare deorum,

Cæsaribus virtus contigit ante diem.

At dum præclaros huius classi heroas melioribus an-
nis natos, quosq; æquus amat Iupiter, ait Virgil. aut
ardens virtus euehit ad æthera, memorat Tiraq. in
præfatione sui iuris primigeniorum, nu. 177. ingenue
diuū Carolum Emanuelem, seu prudētia, seu magna-
nimitate haudquaquam inferiorem, fœlicibus aus-
piciis, inperiisq; natum, in ordinē refero. Maacte vir-
tute, princeps, sic itur ad astra: sic sēper honos nomē-
que tuū laudēs; manebunt: sic te in antiquā, virtutē,
animosq; patrios excitant superi. Sic ad rē, immensi
rerum ponderis tractatione nunquam intermissa, o-
missāve, quoad conseruandum imperium nihil prin-
cipi vtilius. si quidem qui velit aliquo in numero esse
necesse est vt omnia verset, & assiduē omnia iactet. te
siderum feliore concursu lustrant fouentq; : vt quæ
priora cæteris sunt tempora, eadem tibi media perfe-
ctaq; concesserint populorum voto.

S V M M A R I V M.

1. *Hæredum habendorum studium, & nitas.*
2. *Memoria cuiusq; in futurum nulla.*
3. *Vicissitudo omnium rerum.*
4. *Fidere commissorum incommoda.*

QVÆ-

VAnitatem humanarum perscrutator regius sacer-
 que, eam quæ de hæredibus in futurum successu-
 ris est, his verbis agit. Detestatus sum omnem indu-
 striam meam, qua sub sole studiosissimè laboravi, ha-
 biturus hæredem post me: quem ignoro an sapiens &
 stultus fuerit, & dominabitur in laboribus meis qui-
 bus desudavi, & sollicitus fui. Itaq; emendata licet à
 Justin. verustissima ea sententia, qua inciuile erat post
 mortem suam, aut promissoris, quicquam stipulari.
 ¶ post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat
 non magis quam post eius mortem à quo stipulaba-
 tur. Inst. de inutil. stipul. l. j. C. vt act. ab hæred. & con.
 hæ. incip. manet tamen plerunq; ratio sententiæ ex
 l. quia in eum ff. ad l. Aquil. eaq; præter naturam esse
 in locum demortuorum capitū, quæ substitutionum
 descriptio est, demortua capita, viua collocare. sed &
 si ciuilem artē perspicimus, cum in eum casum perue-
 niat dispositio, à quo non cœpisset, seu & quem, si re-
 diuuii resiliunt, mortui reuocarent, seu etiā nisi sen-
 su quoad nos carerent. En igitur quia hæc mortuis
 nequaquam inuida cura prodest: viuis autem & ipsis
 plerunq; obest, successionis præproperandæ insidiis
 fit maior maiorq; vanitas, prædaq; captatorum hæ-
 redum, quorum ante diem votis exercemur diris: ma-
 nibus effictè in futurum vtilitatis contemplatione
 obiicimur. At fiet perpetua per hæredū ora nominis
 fama, specie quadam sepulcri hæredum animis Insiti
 diuq; duraturi. sed quid

-- *decora nouimus vocabula.*

Signat superfluis tenuis pauculis

Inane nomen literis,

Nec scire consumptos iuuat.

ait Boët. Nec verò scrupulosa hæc inuestigatio mor-
 talis, immortalitati pūcto quidem conferat, infiniti
 ratiore habita: ac sandè, quod Sapient. cap. 8. præsen-

sum est his verbis, nomē nostrū obliuionē accipiet p
tepus, & nemo memoriam habebit operum nostrorū
& non prætereunda hæc Africani sentētia apud Cic.
Sermo autē omnis ille & angustiis cingitur iis regio-
num quas vides, nec vnquam de vlllo perennis fuit, &
obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis
extinguitur. Grauatē accipio, sed accipio, qa familia-
tissimo exēplo tenus ne sperē immortalia humana,

monet annus, & alium

Qua monet hora diem.

vt scribit Hor. Quamobrē qui contrā institutionū &
substitutionū in infinitū p̄trahendarū torquetur so-
licitudine, Gigantū more cū superis solis immortali-
bus pugnant, seu cū natura: qua rerum vicissitudine
principiō cōcepta, eoq; mortalibus incolatu mutua-
to tantū, ordinē interuerte fideicommissis conan-
tur, hisq; nō eadē vicissitudine, sed lege sua perpetuō
res moderari. Sedenim quo magis a primæuo eo in-
stituto recessum est, tum longē armis, tum litibus, tū
si multarib⁹, culpa factōq; defuncti teritur hæreditas
& a vocatis successoribus, & ab exteris. quorum bona
fide cum successoribus de rebus hæreditarijs, pacta
onere incognito dissoluūtur, sumptibus tum multib⁹, &
que forensibus dilacerantur miserē. quam seuerius si
armis cōmittitur diffinitio, vt si de imperio queritur,
fidem hæredis implorat actor, ille regnandi gratiam,
qua ius violandū irrepit dudū mētibus: eūq; q. a natu-
ra adiuueta habet imperādi, nō debere alteri hæc lau-
dē cōcedere, sed eripere poti⁹: neq; patri liberorū, nec
liberis parentis, neq; omnino amico amici rōne ha-
bēdā Missos autē præpotentes hosce facio, de quibus
superfint licet multa exornanda exēplis, Mars noue-
rit, quē tumultus classici leges audire nō sinūt. quæ-
so enim quam hi a fideicōmissō alieni sint? vniuersam
fidem habet possessio, cuius status mutatio perpetua
obseruatione miserimos peperit euentus.

S V M

- 1 *Litium à litibus propagatio fideicommissorum ex causa.*
- 2 *Disponendi licentiam quisq; habeat, quid dictum.*
- 3 *Fideicommissum in fidem causidicorum commissum.*
- 4 *In definita à contrahentibus, diffiniri à lege aut iudice.*
- 5 *Naturam non procedere in infinitum, exemplis illustretur.*
- 6 *Ortus & interitus eadem ratio.*

Q V Æ S T I O LVI.

ATq; hos quidē publicos, nimirū idcirco priuatis præponendos somniis. Veruntamē & priuatim in singulis re acta gradatim ad publicas necessitates accessum est. Nanq; si à fideicommissario conuenitur possessor vltimus rei minimæ, quæ fortē ab herede priore per manus mille tractata est, futurum fit quod de apibus à mactato boue manatis scribit Ouid.

Obrue mactati corpus tellure iuueni,

De boue mille animas vna necata dabit.

lite in quā, vna perempta mille nasci, seu velut Hydræ capita: vt plurimum & lite pendente à litigantibus heredibus, hæredumq; hæredibus, primus adeatur testator circa voluntate suā apud inferos quæsituris, consumptiāq; sumptibus propriā substantiam, dum huius mortui olim propriā perlequerentur. An nu mercurie Reip. intersit satisq; superq; à viuis viuos agi: nō id mortuis quoq; cōcessum, vt & viuos ipsi malè perdant. Habeat verò vnusquisq; disponendi licentiam, disponat testator & lex erit: Suasoria non necessaria ratio, cū non possit quid vltra velle, hoc saltem q̄ vltimò voluerit, subsistat in infinitum. quod placuit Ias. in l. filiusfamilias. 2. repet. num. 113. de leg. j. Imò verò videtur toto cælo a lege aberratum, ac perperam intellectum illius loci sensum acceptum, si qui-

dem vnusquisque disponendi facultatem liberam nõ
 fit habiturus: quia successores iam a multis gradibus
 detractis legitima & Trebellianica a prioribus, nihil
 prorsus quid præter antecessorũ datum modum dis-
 ponat habent, seu quid bene de se meritis conferat.
 Sed præterea quid temerè innitimur? velis ipse nolis-
 ve, cum sera licet hoc etiam capit dies, eos secunda
 mors inanet. etenim huius infiniti finis est: iamque a
 Iustiniano præmonitus in quartam vsq; generationẽ.
 sed satius & in primis diram eam futurorum sollicitu-
 dinem detinuisse fas fuerat, quam de imputationib⁹
 & detractionibus, de voluntatis eorum qui non sunt
 1 ideis, a coniecturis, a similibus, a præcedentibus, a sub-
 sequentibus, a verisimilibus, & deniq; in infinitis istius-
 modi locis infinita excitasse volumina, quæ in nodos
 Gordios deducta dissentientium ambagibus, verè in-
 3 finitum fideicommissi vim protrahunt, in fidem cau-
 fidicorum commissum infinita litem. 3. Ecquis igitur
 viuis consultum esse nolit? si & viuorũ placitis adii-
 citur modus, certa forma, regula sineq; præscribitur,
Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.
 quid defunctis ex causa eorum qui supersunt necessa-
 ria non adiciatur? Interest enim Reip. publica præfer-
 ri priuatis: interest ineptas voluntates defunctorum
 coërceri. l. seruo alieno. 6. ineptas. de leg. j. & neces-
 4 sarijs alijs aptari vsibus. l. legatã. municipio pecuniã.
 ff. ad municip. Indefinita dispositio a iudice, aut lege
 definienda coangustadaq; vt l. verbis legis 12. tab. ff.
 de verb. sig. a Quinto Mutio præsumum est. arg. l. j. 6.
 2 apud Iulianum. ff. de ædilit. ed. & l. qui restituere. ff.
 de re. vind. his verbis, si verò non potest restituere, &
 dolo fecit quo minus possit, is quantum aduersarius
 in litem sine vlla taxatione in infinitum iurauerit, dã
 nãdus est. estq; is ipse legis autor, in l. ex dani. ff. de dã.
 inf. in infinitam & immoderatam æstimationem dam-
 nat: quia, inquit, honestus modus seruandus est, non
 immo-

immoderata cuiusq; luxuria subsequenda. Ad speciem quoq; priorem locus est singularis in cap. fi. de iis que vi metus. cau. fi. ibi, potuit iudex taxatione ab ipso facta. p. personarum ac negotij qualitate, vos in omissione reru amissaru, iuramento aduersarij declarata, rationabiliter condonare. not. in ca. cum in multis iuris articulis. de rescrip. in 6. cap. 25. Leuit. vers. terra quoq; non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis. l. fideicommissa. §. si quis. de leg. 3. l. si. in fi. C. de fi. instr. Boer. decis. §. nu. 3. & 4. edict. D. Em. Philib. 2. Martij. 1563. de prohibitione successionis religiosorum: probabiliter, ni fallor, ne in infinitum lateat antea incremento. queri Ecclesie contingat. Ab ipsa natura ratio est. illa in infinitum conservat genus: quod perire non posse in casu. l. incendium. C. si certum petatur. & l. in rone. §. incertæ. ff. ad L. Falcid. scribit Decius cons. 473. sed ne in infinitum procedat species, mutuis efficit dissensibus: quibus ea rone homines naturaliter paratissimi sunt. l. ite si vnus. ff. de receptis ar. gl. in ca. p. prudentia. de off. deleg. tunc & lethalibus & lentis morbis, seu vt aliorum omnium animantium, & earum rerum que gignuntur a terra & instrumetorum, sic ciuitatum magnitudinis quidam modus sit, qui multitudinem in infinitum erumpentem coerceat, suo quoq; tempore penitus perimat. Nanq;

Humilis veteres tantummodo Troia ruinas.

Et pro diuitis, tumulos ostendit auorum.

Clara fuit Sparte, magna viguere Mycena,

Nec non Cecropis, nec non Amphionis arces.

Vile solum Sparte est: alta cecidere Mycena:

Oediponia quid sunt nisi nomina Theba:

Quid Pandionia restant, nisi nomen Athena.

vt canit Ouid. Propterea & a nostris, quanuis subrogatione humano consilio videatur ciuitas perpetuum nancisci statum: tamen quia contra fit maiore & inenitabili fato, quovt primordia habuit, sic sine inuertu-

ra est; suis utiq; circumscribitur finibus in specie legati vsusfruct. l. hæreditatum. ff. ad l. Falcid. l. si vsusfructus. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. Accedit præter institutum. naturam deceptam aut eisdem, aut diuersis speciebus, innato monstro, in infinitum sese decipi pudere, redireq; ad finitam speciem illud deniq; & gen^o ipsum periturum se alluionibus, seu exustionibus terrarum, ut suafum quoque est Ouid. eo carmine,
*Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus,
 Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cæli
 Ardeat.*

siquidem existimaret rerum principium esse ignem, ut apud Virg. de Aetna,

— igni nihil insuperabile gigni,

Omnia quo rerum natura semina iacta.

- 6 subinde probabiliter eundem coniici rerum finem: quia ratio sit eadem interitus, quæ est ortus, assentiēte ca. 7. Sapient. ibi, vnus est ergo introitus ad vitam, & similis exitus. & gl. in auth. de nuptiis. §. quoniam. in verbo, moriantur. no. in l. is cui. ff. quando dies legati cedit. arg. l. pluribus. §. etsi placeat extinguī obligationem, si in eum casum inciderit à quo incipere non potest. ff. de verbo. obligat.

S V M M A R I V M.

- 1 *Institutio primi gradus fauorabilis.*
- 2 *Principium, rei potissima pars. §. quest. 2. num. 2. §. principis obsistendum. quest. 1. num. 1. §. 2.*
- 3 *Mori pluries videntur, qui in plures gradus relinquunt fideicommissa.*
- 4 *Præscriptio fideicommissi, ante huius euentum nulla.*
- 5 *Fideicommissarium, prius heredem fideicommissētis, quam possessorem tertium conuenire.*

QVÆSTIO LVII.

- 1 **N**E autem succenseas durius, lector optime, modum ipse adhibeo sententiæ, ut qui inhumanum existima-

stimauerim quouis iure de nobis benemeritis vltimis verbis absolute quicquam conferre pernegatum. planè hæc testamentorum causa est & origo, quum plerunq; proximiores sanguine, beneficiis remotiores sint, & hæreditate indigni, decoctores & malè morati, quiq; si, velut necesse, debitam hæreditatem expectauerint, aut moribundū præproperent, aut spernant etate effœta. Itaq; in primum notumq; gradum hæreditatem conferat semel æquissimè arbitror. ex l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. cuiq; accedit Caius in l. j. ff. de orig. iur. ibi, & certè cuiusq; rei potissima pars, principium est. & latius. Ianus apud Ouid. *Omnia principis, inquit, inesse solent*. Semel, inquam, quemadmodum semel, non iteratis vicibus moritur: quamuis & què semper mori posse notauerit Decius conf. 642. quo morti sit actus ille respectius. pluries autem mori videtur, ac pluries testamentū facere, si quoties ex substitutis tot gradibus alter deficit, alter admittitur à priore testamento. Accidit id quoq; ut dum ad incogitatos eosq; heu plurimum lineæ infitios, natos natorum, & eos qui nascentur ab eis, iisq; deficientibus ad alios, extraneorumq; natos & nascituros, nunc primogenitos tantum masculos, nunc promiscuè masculos, nunc masculos & fœmellas, aut fœminarum masculos indistinctè, aut primogenitarum masculos, & masculorum masculos, in infinitum superstiosè non coërcetur disponendi libido: verè à mortuis saystiti viui vrgentur ac torquentur indignè. Exemplo tenus illud sit recens in mænianis nostris agitatū. actor ex testamento, ante annos centum quin quaginta condito, ad restitutionem fideicommissi agit, nullamq; obesse præscriptionē probot, quia nondum extitisset conditio, per l. j. §. ne autem. C. de anal. excep. l. si. §. sin autē. C. com. de leg. Possessores cōuenti per varias variasq; manus rebus distractis, testatorem, resq; quæ suæ fuerint tempore mortis, actorē

quoque ab eo stipitem duxisse ignorant, negantque: gradatim ad primum vsque alienantem, eictionis mille oriuntur actiones: fit articulorum concursus, fit & probationum. Sed quid probent rei supra hominum memoriam, ac de quo vsq; quaq; non cogitauerint. Instrumentis versari iudicium obiiciet verum quæ supersint reis instrumenta, quæ ab hæredibus & successiuè successoribus dolo subtracta occultaq; sunt. Nescio an iure scripto Romano, ne doli tã lōgè lateq; loc⁹ pateat, hoc videtur equitate à maiore poltricornum sollicitudine accepta, vti possidēt: ur res, ita possideri: nisi me fallit frequens his quoq; temporibus restitutis exulibus obseruatio, Thrasylulo debita: is enim repetita patria, quæ Romanarum legum parens extitit, à possessoribus res reuocari prohibuit. & rectè: tum præueniendi maioris periculi causarum etiã, quia plurimū posterioribus possessoribus nihil cū prioribus spoliatoribus cōmune esset: aut nullus eis ad p̄tiū regressus aut saltem perquã difficultis. q̄ in restituto à principe latè tractat. Decius in ca. quoniã. nu. 8. de constit. cōtradictore Boër. dec. 38. nu. 7. Sed eo si vsque tamen fideicōmissarios scrupulosè non omnino reiiciendos velis: putem & ipse æquitate defendi non nisi excussis aut rogatis hæredibus, aut priore loco emptoribus, reuocationē tolerari. l. si. §. si. de le. 2. l. planè. ff. de minor. l. qui à debitore. ff. quæ in fraud. cred. auth. mælae fidei. C. de præf. lon. temp. x. vel xx. ann. auth. contra cū rogatus. vbi Salic. in sumario, his verbis, & in subsidium contra acceptatorem agit̄. C. ad Trebel.

S V M M A R I V M.

- 1 Pretium loco rei in fideicommissis alienatis.
- 2 Fideicommissi bona, nō grauati, restitutioni huiusdē
- 3 Discussionis fideicommissi exemplum. (nexa.)

Q V Æ S T I O LVIII.

Opportune ex factō apud Carol. Franc, Rufinum hęc

hæc agitata meminerim. Titius in Italia & Gallia bona possidebat: Mæuiū & Caiū filios hæredes instituit substituitq; reciprocè, si sine liberis decessissent. Mæuius ex diuisione, Italica obuenerūt: Caio Gallica. Mæuius sua distraxit, dein in Gallia temporis lōgo postmodum interuallo alia comparauit, sed & debita quoque contraxit plurima: decessit sine liberis ab intestato. Caius beneficio inuentarij fit hæres, creditores hæreditatis discussionem interpellant, idq; & Caius: hi exhibitis instrumētis obligatorijs, pendēda sibi debita cūm primūm profitentur. Caius ex testamento paterno fideicommissum probat, bonaq; paterna vendita à Mæuius, huius in locum coëmpta in Gallia suffecta, sibi que addicenda pro fideicommissio expostulat, per l. Imp. cum l. sequenti. de le. j. his verbis, sed q̄ inde comparatum est, vice permutati domini fingitur. Creditores aduersum obijciunt vindicare eum posse bona paterna in Italia, quæ ipsa fideicommissio comprehenduntur, eademq; re vera eo nomine obligata sint, non Mæuij bona, vt licet grauari restituere. l. j. C. com. de le. vt inciuiliter agat in tertium; cūm possit habere rem. doct. Bart. in l. si eum seruum. ff. de reb. cred. & l. quauis ea. C. de pignor. cuius sentētia res empta ex mea pecunia nihilomags mihi obligata intelligitur. Sed ad quæsitā speciē text^o est singularis in l. sed si le. his verbis, item si rem distraxit, & ex prætio rem aliam cōparauit, veniet pretium in petitionem hæreditatis, nō res. quā in patrimoniū suum conuertit. ff. de petit. hæred. Caius circuitū hunc esse præmonstrabat: quia si emptores bonorum Italicorū conueniret; ij ea ratione creditores quoque Mæuij reos conuentos, posteriores facerent. Id autem procedere, seu bona, seu mala fide Mæuius fideicommissum alienasset: ne obsit distinctio Bart. qua, mala fide alienato fideicommissio, res, emptas in locum huiusdem non admittit. Dicebam in præiudicium hæredis

cōmpra, in locum alienatorum admissurum me fa-
cilè: quia alioqui hæres pertinacius se aliò conueniē-
dum ageret, planeq; grauius in necem eorū quibus
interim antè casum fideicommissi ius quæsitum fuit:
scilicet antè quam fideicommissario actio orta esset,
quæ non ante mortem rogati adnascitur: vt tunc qui-
dè propria non rogati bona, sed hæreditatis obstructa
sint. Circuitum autem posterioribus fore vtilem sub-
iunxit, propter fideicōmissariæ actionis extrema om-
nia, seu in forma testamenti, seu detractio- & im-
putationum modo, seu maximè q̄ pertinet ad neces-
sariam æstimationem bonorum: quæ omnia cū pos-
sefforibus incolis dilucidius exitum habitura sint, q̄
reis conuentis ignaris hominum locorumq;, subinde
& æquisimè non antè a Caio interpellentur, quàm
discussis superioribus. nam & fortè futurum sit, in rē
discussione ritè facta, satisfactum fideicommissario,
aut hæreditate rogati restituere adita à fideicommis-
sario, aut maiorum contrarijs mandatis, aut & a-
liensationibus ab eo quoq; actore factis, seu contra-
rijs testamento actibus & renuntiationibus, seu æsti-
matione præhabita, diminutam longè actionem,
seu in mediam seu in minimam vsque fideicom-
missi partem. sed hæc quam vtilius sit reis cum priori
bus agitari emptorib⁹, nemo nō norit. Atenim, vt ille
persequitur, ecce quid futurum sit ex pugna, si de vi-
tando circuitu iudicium redditur: Galli posteriores
emptores decepti, de bonis Italicis incognitis quæsi-
turi sunt, si primū n Italicos conueniri statuitur, & i-
psi tandem post litium ambages si succubuerint, cū
posterioribus remotis è finibus de regressu acturi, mu-
tuò sese in reliquā substātiā perdituri sint oēs sumpti-
b⁹; cū tamē oēs bona fide emerint cōtraxerintq;. Nec
minus fideicōmissariū verberando defessum fore, cē-
se: vt cui decernas triumphii honores, vix iudicaueris.

S V M M A R I V M.

- 1 *Fideicommissarij in heredem, & contra fraud. & nu. 2. cod.*
- 2 *Mulieris legatum consuetudinarium.*
- 3 *Trebellianica & legitima deductio, prater dotem vxoris filij rogati restituere.*
- 4 *Fructuum restitutioni quid teneatur tertius emptor fideicommissi.*
- 5 *Dos vxoris nepotis grauati restituere, non detrahatur ex fideicommisso.*

Q V Æ S T I O L I X.

O Ccurrit id etiam. Titius filium Mæuium instituit, & iussit liberis suis eum restituere hæreditatem: cum eam Mæuius in vniuersum distraheret, à liberis interpellatus quid ita prodigus; indicato thesauro re dacto ex venditione, accipite, inquit, ignari & inertes post motem meam pecuniam: fiet enim vt vtrunque cõsequamini, pretium mea industria; fideicommissum stultitia emptorum. vox quidem dura, præsertim mo rituro, magnumq; adituro in procinctu iudicem. sed tamen ita res est, nimia quoq; moribundis disponedi indulgentia. Atq; hoc in fideicommissarij fauorem. Accipe econtra speciem. qua in odium fideicommissi à marito frigido, eodemq; rogato restituere, vxori de quærèda peregrina sobole, si nõ castè, saltim caute, suatum fuisse, lepidè Petrus Bonetus memorabat. Rogatus restituere rebus distractis ad legitimam & Trebellianicam vsque, morte præcitus, præda pro pecunia mulieris captatricis fit, quasi iure legati cõsuetudinarij, ac præsumptione sumpta à gloss. in l. patet. §. focus. ff. de cond. & demonst. hæc nihilominus ad restitutionem dotis, augmenti, debitorumq; inani consuetudine ornamentorum futuro marito paratorum, agit in res quæ supersunt hæreditariæ. Fideicommissarius iam hæredem alienasse partem suam docet illa ex cons. Castr. auth. res quæ. C. cõmu. de leg. 3

non procedere in præiudicium mulierum, quæ liberis suis restituere grauatis nupserunt: obtinuitq; grauiſſimorum cauſidicorum iudicio. Sic effectum est fideicommiſſarium his bonis non alienatis à defuncto deſtitutū, ac deinde cæteris prius alienatis, quorum poſſeſſores ſe muliere hypotheca priores idcirco poſterioribus conueniendos defendunt, conſequenter captioſa ea ſubtilitate, liberè defunctus grauatus de rebus diſpoſuerit, mulieris & emptorum commo-
 Vide autem quid miſerè lacerentur luanq;: rogatus restituere deceſſit relicto filio: is patris hæreditatem, perceptis ſi quæ ſint innumeratis, vt ſolet, adit cū beneficio inuentarij, fideicommiſſi caſum contigiſſe morte patris declarari, ſeq; in poſſeſſionem rerū mit-
 ti, fructuſq; reſtitui detractis detrahendis petit, & ob-
 tinet: poſſeſſores aderāt plures numero, qui pēdente detractio-
 num æſtimationumq; iudicio rebus incum-
 bunt: ignari in iuris apicibus & ſubtilitatibus quid detrahendum, ignari & in facto nondum æſtimatione bonorum facta à fideicommiſſario. neglecta perſe-
 quutione annis pluribus, redeunt in præcordia lites tandem æſtimationem proferat actor: ſit hæreditatis diſcuſſio: abſoluuntur priores emptores, quorum bona alienata, in legitimam & Trebellianicā defuncti & cæteras iuris detractio-
 nes impurantur: in poſteriores cuditur faba. Non moueor quid in rem, ſed quid fructus reſtituant adduci nunquam potui. cū enim actoris eſſet æſtimationem proferre, qua diſcerneretur quid in hæreditate eſſet, non antè facto fideicommiſſarij an cedere, an contendere deberent. potuerūt
 intelligere. Opponebatur iā arreſto in fructuum reſtitutionem cautum. Dicebam verum id quidem, ſed detractis detrahendis, detrahenda autem ignorari potuiſſe reos donec æſtimatione facta, in idq; tempus vt pote legitimū & bonæ fidei, cōgruenter verba arreſti referenda, per l. quæ de tota. §. incertæ patris. ff. de rei vind.

vind. Rursus tuæ hæc mando memoriæ: Titia nullos liberos habens, Mæuium ex fratre suo Sempronio nepotem iustituit: Caium alterum fratrem substituit, ac per similes plures gradus largè substitutionibus procreatis obiit. Sempronius multis potiri opibus Mæuium ratus, modico instituit: a cæteris bonis exheredè fecit. Mæuius verè præpotens duxit vxorè accepta dote ditissima: decessit nullis liberis superstitibus. Caius fideicommissio vocatus bona occupat, dotem denegat: quia defunctus institutus non esset ex liberis primi gradus: dote caret vidua. captiosa verò conseruatio familiæ si humana prætermittam commercia læsa, vt licet absurdus sit in diuini iuris cõmunicatio- nis, societatisq; conceptû. Quæso quæ postmodû genere doteq; insignis substituto huiusmodi nubat, seseq; fortuitis suspiciendæ prolis casibus, seu etiam susceptæ. quoad patrimonium arbitrio subijciat.

§ V M M A R I V M.

- 1 *Contrariorum quid eadem est disciplina. § nu-
mero. 2. eod.*
- 2 *Argumenti à contrario sensu declaratio.*
- 3 *Simile nullum idem in indiuiduis. § nu. 4.*
- 4 *Generatio fortuita: mors quoque.*
- 5 *Ius an sit ars.*
- 6 *Ius an sit philosophia.*
- 7 *Ratio tituli operis.*
- 8 *Poetarum laus.*

Q V Æ S T I O LX.

Quod dicitur cõtrariorum eandem esse disciplinã, accipiendum id est, vnicam alterius contrarij doctrinam, alterius cognitioni sufficere: vt quascun- que qualitates alteri conuenire nouerimus, profus alteri his contrarias conuenire quoq; cõsequens sit: ac quæ vni conueniunt, alteri nunquam aptari: vt ma- gis vis quædam verbi, quàm natura rei propria cõti- neatur illo vers. Per diè Sol non vret te, neq; Luna per

noctem. cæve Ouid. deprecatione,

Nec noua per gelidas vsta sit herba nives.

- 2 Atq; hinc valet argumentum a cōtrario sensu defumptum sub sensu directo in omnibus contrario, apud Crau. conf. 179. n. ii. aut nisi alterius cōtrarij positi sit cōtraria ratio: vt si statuto cauetur ne soror succedat fratri; fratrem tamē non succedere sorori non admittit. Bald. in l. lege xii. tab. C. de legit. hæred. Alio qui a contrarijs dignoscuntur contraria, quòd contrariorum contrarias qualitates habeant, & contrariã disciplinam. Quid verò in l. nihil tam naturale est. de reg. iur. nihil tam naturale est, ait lex, quàm eodē genere quodq; dissolui, quo ligatū est. Aetenim videbatur genus in idem quod producit, contrarios effectus non producere: seu vulgata illa sententia, inducta in vnum effectum contrarium non operari. l. si. in fi. C. de iur. calum. l. cū tale. §. falsam. ff. de cond. & demonst. gl. in l. penult. ff. de releg. inter & depor. sed cōtrario tolli, sicut & contraria cōtrarijs curantur. can. 1. vers. oportet. de pœnitent. dist. 2. Sic autē rē habeo, eodem genere dissolui quid concretū, contrario sub eodem genere existente: vt verborum obligatio verbis contrarijs tollatur, traditio retrotraditione contraria. l. an inutilis. ff. de acceptil. l. ab emptione. ff. de pact. subsequenter contraria qualitatibus, genere cōuenire possunt: vt pdigalitas & auaritia, nubere & nō nubere. hic vtraq; ex parte bonū: illic vtrinq; malum versatur, per gl. in cā. hospitio. 32. distinc. Porro dū contrarium per contrarium cognosci fatemur. Instit. de his qui sunt su. vel al. iur. in princ. l. qui accusare. ff. de accusat. id sequitur similitudinem idem iudicium esse. l. non possunt. ff. de legib. licet idem corpus non sint. neque enim simile vllum idem est. Nec verò in rerum natura quicquam corporeum cum alio idem esse potest: sed quod idem est numero, rectè idem dicitur, vt apud Quid.

Sapo

Sape precor mortem, mortem quoq; deprecor idem.

At dico seu substantia, seu qualitate conueniant. Neque enim Papinianus idem quid est quod Vlp. licet. & substantia & qualitatibus permultis cōueniant: siquidem si in nullo distarent, idem essent: sed hoc esse non potest in speciebus indiuiduis. Quo rursus eadē contrariorum disciplina in genere re acta, similitudo qualitarum idem quid facit, vt sit idem dolor, qui te & Titium eādē qualitate agit, idēq; amor: vt Virg.

- amor omnibus idem.

Veruntamen videtur idem numero: quia diuidi in genere non pōt id genus doloris & amoris: quod alibi & seruitutibus aptatum animaduerti. Sic ex quæstione iuris intellectuali, non corporali consideratione, vt paulò diuersis terminis loquitur Bal. in l. i. C. de ser. fugit. eadem omnino perpendi potest esse in multis iuris casibus ratio: vnde fit iudiciū circa res diuersas, velut genus istud animal facit idem iudicium quoad multas species, vt æque oēs sint animal, & quid idem quoad genus, diuersæ inter se, genere permanēte. Sic igitur ratio legis, velut genus quoddā, ad illam & alteram speciem porrigitur, eadēq; quoad genus facit per extensionem, sicut cū natura extēdit palmite, ait Bal. in l. j. C. quæ sit long. conf. & Mantua. sing. 44. est ibi virt^o extrinseca quæ intēdit & extēdit palmite, & de vno palmitē pducit plures palmites. Accepta autem similitudine, vidē quam sint in iure diffinitiones difficiles. nā quemadmodū palmites vi intrinseca productæ, vt fortuito natæ, nunquē omnino similes sunt: eoq; à fortuita concursione, natura mirabilis est & varia, si non falluntur Empedocles & Caius lib. j. Inst. quem refert Connanus li. 2. ca. 15. in princ. Bald. in cap. per tuas. vers. item nota quòd nemo potest. de probat. & ar. l. interdum. ff. de Iudicijs. qua fortuitus casus, mors dicitur. Sic & quæ obueniunt iudicandæ species vt fortuitæ, tam infinitæ multaque ex parte

dissimiles sunt, vt non simpliciter, sed secūdum quid
tales vix definitione aliqua iuris contineri queāt, aut
iuris ratione, quæ aliam habeant speciem, perpendi:
quin contrā per multas similes à Iuriconsulto nunc-
cupatas, diuersum ius facere perceperis ex l. natura-
lis. ff. de præscr. ver. l. j. §. quod autem. ff. de aleat. l. j. §.
generaliter. ff. de leg. præst. not. Crau. conf. 194. nu. 3.
& similitudinem à contrarijs quandoq; peti. l. sicut.
C. de liberali causa. ex quo rursū & illud est à iusti-
tia, seu ab animi habitu cōstātī suū cuiq; tribuēdi, ius
nostrū promanātū, quo rectē contra Vallā defensatur
Vlpianus. vix artem dici, si propriē infinitorum finitā
unde quaque doctrinam definit gl. in l. j. ff. de iust. &
& iur. Id enim, quod & cæteris quoq; artibus huma-
na improperat fragilitas, me nisi longē fallit proce-
miū quæst. Acad. & Bœr. decif. 155. nu. 25. sed & ipsum
philosophiæ, nomen quod amorem sapientiæ, non
sapientiam indistinctē designat, præsertim tamen hu-
iusmodi non conuenit: nempe quæ versatur circa res
diuersas & infinitas in dies adnascentes, ac plurimū
speciali tractatione cæterarum disciplinarum pro-
prias, vt opusculo colligere liceat: sed & plurimū
circa species, quæ humano iudicio æquales vbiq; ter-
rarum non sunt. propterea ius artem dictum Vlpiano
probabile sit, velut congeriem & collectionem præ-
ceptorum boni & æqui, ac quibus Iuriscōsulti bonos
non solū metu pœnarum, verū etiam præmiorū
exhortatione efficere prouidē curant. Qui igitur his
in uigilāt studētq; præceptis humanæ societati neces-
sarijs, multò præ cæteris discendi eā cupiditatē perpe-
tuā, optimā viuendi tōnem existimantes, vt not. in l.
apud Iul. ff. de fideicom. liber. eleganter apud Vlp. ex
rei consequētia philosophiā verā, non simulatā affe-
ctātur. Sunt enim nullā magis, q̄ re vera, seu ipso effe-
ctu, homines cuiusuis artis aut professionis, perpetua
& necessaria serie, omniq; ditone teneat. At tameris
Iuris-

Jurisconsultis proprio huc vsque suæ prudentiæ nomine concessio, his qui segnioris cōditionis minores philosophiæ partes affectantur, generale philosophorum vocabulum irrepperit, in l. si duas. & l. sed & reprobari. ff. de excus. tut. l. j. ff. de var. & extraord. cog. l. professio. C. de muner. patrim. lib. 10. Ego verò lege media rem temperari duxi, si nec philosophiam simpliciter quis dixerit, quod aut inuidum, aut exosum tempori vocabulum sit: nec simpliciter Iurisprudentiam. quia nisi longè fallor vt plurimum cæteras philosophiæ partes contineat: sed proinde Iurisphilosophiæ nomine vtatur. Hoc autem si & ipse cōcesseris, quid tamen eo libellum designauerim quæris, non ignarus grauitate iudicis iudicatum quicquam grauius, operosius & multis voluminib⁹ cōtineri aptius: vt non imprudenter obijcias, nomen rei suæ non cōuenire, seu rubrum nigro, vt ait Guido P. sing. 867. per gl. in cap. tibi. de rescript. li. 6. & in §. cuius auditores. proœm. P. ad e. tarum. l. 3. §. quoties. ff. de dam. infect. Alex. conf. 17. vol. j. Addubito an ea de re satisfacero instituti ratione, quod grauis opusculo, nom̄nis penuria diu in partu laborauerim. subueniebat enim re licet eadem ferè, soloq; nomine seu titulo distantia præoccupata hæc: Rosarium, Margaritæ, Cautelæ, Singularia doctorum, Antiquitas temporum, Promptuarium, Viatorium, Speculū, Summæ, Commentarij, Dispunctiones, Paradoxa, Parerga, Quæstiones, Decisiones, Consilia, Disputationes, Differentiæ, Cōiecturæ, Mercurialia, Epistolice quæstiones, Labyrinthus, Quæstiones Academicæ, ac præterea istiusmodi plura. Superfuit igitur hic cogitationi titulus, quo opusculum à cæteris distinguerem: ea quidem mente, eo animo, vt & libellus ipse sit titulus, seu argumentū tantum rei, quæ huic inesse disciplinæ te fortè lector optimè latebat, dum nihil Aristoteli aut Virgilio cum Vlpiano aut Bartolo commune vsque existimares,

eoque *grauatè* à cæteris quas vocas humaniores aut philosophicas disciplinas. ad iuris interpretationem accederes, nō vltra te philosophari ratus. At verò accede lubentius, quippe si perfectam Iurisprudentiam quæris, veram philosophiam subtilissimis examussim pertractatam disputationibus, sed & subinde delectationem animi, & rerum vtilitatem futurum est assequaris. atq; his potiora præmia nulla laboris improbi & assidui, qui tamen huiusmodi esto. Planè, quod velim inexpertus nō improbes, velut viæ comites in officiosos gratosq; poëtas nōnunquā addo citoq; in partem oneris. id enim præ pondere detractatum, cōpendiosa variaq; phrasis elegantia, qua diuina quoq; volumina pleraq; concinnantur, exornanturq;, donū reuocarit, huiusdem & ipsi explicando quàm maximè conferunt. etenim agitante Deo calescētes vnde quaq; erudissimi, seu apertè, seu figuratè nihil intactū liquere, Sed de his propterea tum sacra pagina locus autoritatis videri possit, Act. Apost. ca. 17. tum iure ci. constitut. j. ff. veteris, in fin. l. in tantum. ff. de rer. diuis. l. legata. ff. de supel. legat. Inst. de donat. in princ. §. sed ius. de iur. natur. gent. & ci. co.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM HOC OPERE MEMORABILIVM.

A bbatis successor qui alienauit.	108
Accessorium sequitur naturam principalis.	161
Accusationis cœptæ intermissio quatenus concedatur.	14
Actio legis Aquiliæ oculos habet retrò & sua terga videt.	20
Actio etiam si nihil interfit, in legem Aquiliam competit.	20.
semel extincta nūq̄ renascitur. 29. p̄ modico cōceditur. 193.	
eius variata forma nouæ probationes admittuntur.	64
Actuarij forenses frigidam litibus suffundunt.	14
Aduocatus generalis quis dicatur, & eius officium.	103
Aede legata, aut fundo, cū nec eedes, nec fundos haberet testator, an subsistat. 167. & nu. 3. & 4.	
Aedificatum in alieno solo patiente domino, nō tollitur.	151
Aedificia altius tollere iure concessum.	154. 155
Aedificiorum cancellationes ferreæ quam coniecturam plerunque dent in seruitutibus.	151
Aegiptij philosophi.	74
Aequalitas in iudicijs ad amussim seruanda.	25
Aequalitatis obseruandæ in iudicijs casus.	25
Aër a aquis grauis. 137	Aestus aquarum causæ. 141
Aetas minor incontinentiæ obnoxia. 139	Aeuum. 38
Affirmatio an magis affirmet, quam negatio neget. 108. 126. & nu. 4. seu vniuersalis seu indefinita.	
Affirmatiua mendosa quid nō æque puniatur ac negatio, ad l. cum de indebito. ff. de probat.	125
Africani sententia de nominis immortalitate.	200
Alciat ⁹ de singulari certamine. 21	Alexāder defenditur. 110
Alexander. 138. mors eius. 56. apothegma in Darium.	
Alienatio à principe facta, an irreuocabiliter subsistat. 104. & num. 6. rei Ecclesiasticæ, prohibita summa ratione.	105
Alienationis consilium, non euentus spectatur. 182. cum decreto, aut sine decreto differentia. 184. principis & ab eodem principie reuocatio, quid in successoribus. 107. & nu. 3. vbi & de successore Abbatis qui alienauit.	

I N D E X.

Alienis vsibus propria temere non vsurpanda.	178
Altecombei fontis natura.	141
Altius tollere quomodo concessum.	154
Amadei ducis statutum de causa controuersa iureiurádo definienda.	127
Anacreontis locus.	143
Angli Aquitanias alienát à se, dissent. Eibus principibus.	105
Anima quòd ex se moueatur, immortalitatem non designari. 50. eius immortalitatem veteribus persuasam, non leui argumento est cura circa funera 47. an iuris sit, an facti. 54. lætis animalibus instrumentis ecquid lædatur. 57. 58. brutorum, ab elementis. 59. hominis, non est Entelechia. 60. in brutis loco salis ne putrescant. ibid. corpus nostrum regit vt Deus mundum. 61. incorporea. 62. pro animatis corporibus sumitur. 131. quæstio, an sit immortalis, vtrum ad ius ciuile pertineat. 37. & nu. 2. & 4. eius à participatione cū aëriis spiritibus deductio. 55. & n. 14. habitatio, sanguis. 131. quid potius intersit Iuriscōsultorum, quam cæterum professorum.	45
Animantia anim antibus conuenire similibus & iis delectari qua ratione.	9
in Animarum curam habente anni spectandi.	196
Animi ab anima differentia. 57. & q. 13. num. 4. infiniti infinita quæst 50. immortalitas per sensus & effectus an doceri possit. 50. & quæst. 12. nu. 11. & 16. de eo vntuersam iuris ferè esse q. 48. vultu detegitur. 39. degenerem iura notant. 146. & quæst. 8. nu. 2. remissus iudicem subire videtur. 29. se non videt.	50
Anniuersaria.	53
Annorum, mensium, & dierum distinctiones. 38. 39. & nu. 3.	
Annorū præfixus numerus multis ex casibus necessarius.	195
Antiquum.	38
Apotheca.	164
Appollonius.	55
Apuleius.	55
Aqua in sanguinem versa. 142. absq; ea mori homines, quid dictum à Venuleio in l. fin. ff. de riuis. 144. aquarum multiples qualitates. 139. 140. decursus quomodo in dominio alicuius	

I N D E X.

alicuius esse dicantur. 179. supra cælos esse. quid dictū. 137.	
fursum ferri subterraneas, cæteras deorsum.	139
Aquitanicæ prouinciæ ab Anglis alienatæ.	105
Area. 164 Argo nauis diu Athænis asseruata.	36
Argumenti à contrario sensu declaratio.	212
Arrestum quid. 186 Ars naturæ imitatrix.	167
Articuli noui positio, seu ipso iure, seu literis principalib ⁹ .	64
Aspectu de animo iudicatur.	39
Assignatio. 159 Auerius patronus.	127
Augustus patris patriæ nomine maximè lætatus. 99. quid An tonio respondet, eū singulari certamine prouocati.	148
Auli Gellij locus.	66
Aut, dictionis acceptio.	113
Autoris forenses actiones. 25. 82. 89. 92. 118. domus.	153
Auus neptem dotare cogitur.	79
Aymo de Fabrica.	72
B Aldus à Decio reprehenditur.	12
Bannale quid dicatur.	156
Bartoli & Iohannis sententia de eo qui ab accusatore de- stiterit.	14
Beneficio quod à te habeo, non possum vti contra te. 266. & quæst. 39.	
Bibliorum phrasis. 215. loci varij ita citati, vt interpre- tationis lucē aliquam accipiāt: Geneseos 57. 132. 133. 90. E- xodi. 94. 142. Numerorum. 90. 91. Leuitici. 133. Deuteron. 142. 156. incerti ex Pētateucho. 59. 74. de esu cruento carniū 131. de agni immaculati sanguine. 134. Iosue de Gabaon. 185. Iudiciū. 7. Regū. 17. 192. Psalmorū. 48. 106. 132. 134. 197. Salomon malè à quibusdam reprehensus. 139. Ecclesia- stis. 14. 101. 146. 192. Sapiētis. 198. 200 Ecclesiastici. 18. 19. 90. Matthæi. 57. 133. 134. Lucæ. 90. Actorum. 57. 73. 90. Pauli. 23. 293.	
Boërij sententia non probatur.	129
Boëtij loci.	51. 56. 146. 199.
Brutus vltimus Romanorū. 96. fortissimus sibi ipsi mortē in- tulit. 147. eius in campis Philippicis genius.	55

I N D E X.

C æsar Rēpublicā occupavit. eius ad Rubiconē genius.	55
Calani mors.	56
Camberiensis iudicialis fori stylus, actiones, arresta.	62. 65.
67. 82. 102. 103. 108.	
Canonicum ius & canonistæ.	48. Captatores hæreditatū.
199	
Captioni quantitatis fundi venditi, actione ex empto sub-	
uenitur.	173
Caput aquæ.	139
Carnium cruentus esus vt prohibitus & concessus.	131. absti-
nentia certis diebus & populis indicta, sagina & larido ex-	
ceptis, quare.	132
Caroli Emanuelis Ducis Sabaudia laus.	198
Carolus V. Imperator.	198
Carolus Frāciscus Ruffinus.	206
Cassius acer libertatis propugnator.	96. superstes eidem esse
noluit.	147
Castellarius.	119
Castellanus	96
Castrensis sententia improbat.	34
Castro concessio, quænam cedant. 165. vendito, an censeatur	
vendita iurisdictio: quid si vendatur cum pertinentiis.	175.
ædificare cui liceat.	115
Casus vitæ ad casus mortis nulla extensio.	84
Catillus.	56
Cato vindex acerrimus libertatis.	97. seipsum interfecit vi-
ctoris impotentiam fugiens.	147
Catonis dictum	134
Caupona.	164
Causa causæ, causa causati est.	71. proximæ & remotæ con-
sideratio. 94. perpetuæ quæ dicantur.	38
Cerebrum humectum.	136
Ceres agriculturæ inuentrix.	74
Charitas bene ordinata quæ.	193
Charpineus patronus.	65
Chassanei sententia non probatur.	176
Christus inter Deum & homines mediator qua ratione.	90
Cicero animæ immortalitatem enixè inuestigavit.	47. parū
fortis.	149
Civitas humanitus immortalis videtur.	203
S. Claudij in Burgundia incendium ostentis prædictum.	138
Claudius Plancus.	37. 45. 57. 59
Cleombrotus lecto Platonis Phædone, se præcipitem è mu-	
ro de	

I N D E X.

ro dedit, immortalitatis fruendæ amore.	145
Cleonice. 56 Cleopatra sibi ipsi manus intulit.	147
Codicillari clausula non confirmari testamentum ruptum præteritione posthumi incogitatæ in testamento. ad auth. ex causa. C. de liber. præ.	118
Cœli & aëris acceptio. 43. motus varius.	52
Cogitatio cuius nulla sit ad actum praxis, inutilis.	50
Cogitationes cuiusque soli Deo notæ.	ibid.
Communia omnia videntur iure naturali.	15
Conclusum propriè nec in causa criminis, nec in causa matrimonij dici.	64
Concubinæ facta donatio qui valeat.	92
Concurrentiæ. I. C. Itatorum.	20
Confessio in iudicio, aut extra iudiciû. 187 Cõsanguinei. 135	
Conscientia exonerandæ cogitatio. 45. & num. 7.	
Consuetudo abit in naturam. 2. lex est.	151
Consules quot & quare creati.	98
Continua dici altero die vix possunt q̄ solo p̄dēt animo.	28
Continuum dicitur, quod naturaliter fit.	32
Contraria simul in eodem subiecto inesse non possunt.	112
Corporis humani cum terra collatio legans.	137
Corporum tria genera.	61
Correspectiua censentur quæ incontinenti fiunt.	87
Correspectiuatio. 122. eius casus.	28
Creditores & substituti quid cogant institutum adire.	33
Crimen fateri is intelligitur qui pasciscitur.	10
Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest.	12
D amnati sceleris sibi mortem consciscentes.	148
Damnati capitis donatio subsistit.	149
Danerius patronus.	31
Debitor & fur quâdo propria autoritate capi possint & quatenus. 22 Decius Baldum reprehendit.	12
Deus trifariam inuestigatur. 91. impune non fallendus. ibid.	
vnus. 97. mundi anima. 134. iuramento præsens.	85. 88
Dextra pignus animi.	13
Diaconi, subdiaconi, & diaconissæ ætas.	196

I N D E X.

Dialecticare, quid Baldo.	114
Didonis imprecatio in Troianos improbatur. 11. mors. 56. quid ea præter fatum dicatur Virgilio.	183
Dies hominis sicut mercenarij.	31
Diffinitiones in iure difficiles,	213
Diogenis apothegma,	180
Disciplinæ suæ cuique primordia relinquenda, 46. disciplinarum mutuatio inter se reciproca.	40.45
Discussionis fideicommissi exemplum.	208
Disiunctiua plerunque conjunctivæ vim habet.	114
Disiunctivarum & coniunctivarum propositionum singularis tractatus. ad l. si is qui duceta. ff. de reb. dub. 112. & n. 2. & 3.	
Diponendi licentiam quisque habeat, quid dictum.	202
Dissimulatio iniuriæ permittitur. 12	Districtum. 95
Diuinare qui non potest, iure excusatur.	42
Diuinatores iure puniuntur.	42
Diuisio nominum inter hæredes,	139
Diurnum & diuturnum,	38
Doctor minor an restituatur.	195
Dolus non præsumitur.	154
Domicilii in domo procuratoris. constitutio.	164
Domus & domicilij acceptio. 163. & nu. 2. vbi quid ea appellatione cõtineatur. & nu. 4. tutissimum cuiusq; refugium ibid. quænam eius pertinentiæ 165. domus bassa.	177
Donatio inter virum & vxorem an simpliciter, an contemplatione meritorum facta valeat. 81. in contractu matrimonij propter benemerita an valeat. 82. & quæstio. 22. numer. 3. & quæstio. 7. & numer. 1. Extra contractum matrimonij quinam eius sit modus. 83. plerunque antidoron spe ducitur. 83. absque insinuatione in quibus subsistat. 84. in vim fideicommissi probatur, si adsit numerus testium fideicommissio congruus. 92. eius qui sibi mortem consciuit, quid morte confirmari non posse dicatur. 149. minoris pura an rescindenda. 190. causa mortis minoris. 191. & nu. 4. eod. huiusdem remuneratoria.	191
Donationis propter nuptias, seu augmenti quædam discretio	pratio

I N D E X.

pratio inter filios donatoris, & filios mulieris secundò nubentis.	93
Donatorem potius. quàm eius hēredem, pœnitære donatiōnis, toleratum.	94
Dos data nepti ab auo; an imputetur patri in legitimam. & numer. 2.	79.
Dos vxoris nepotis grauari restituere, non detrahitur ex fideicommissio.	210
Dot̃is idoneæ quid non rectè petatur constitutio matrimonio constante. & in huius constitutione minori dari curatorem.	169
Duellum vnde dicatur. 18	Duo vincula vno fortiora. 84
E Brietas an puniatur.	143
E lementarum nullum perpetuum.	35
Emanuelis Philiberti ducis Sabaudix ēdicta. 84. 103. 203. 176. 264. tumulus.	99
Empedocles esu cruēto carniū abstinēdū censuit. 131. idē.	213
Emptor vtitur iure quo vti solebat venditor.	161
Emptū ex pecunia pupilli aut mulieris	189
Ennij locus.	97
Error minor ab initio maior postmodum.	9
Esse iam videatur quod proximè futurum est.	194
Esseorum de iuramento opinio.	88
Et, dictionis acceptio. 113	Euerardus de locis iuris. 43
Euictionis domus, fundi, & hominis in totum, aut pro parte singularis distinctio. 166. & num. 7.	
Euripi æstus.	141
Excantatio.	42
Exclusa filia renuntiarione aut testamento, longè interesse ad sui suorumq; exclusionem, singularis locus ad quæst. Guid. Pap.	77-78
Excluso vno, omnes videri exclusos inde descendentes, quod exemplis & rationibus illustratur.	75
Executor publicus, seu iudex siue officialis, si vltra præscriptū à lege petat vim infert, & vi à priuato repelli potest.	22
Expressa nocere, non expressa non nocere.	86.
F Abius Maximus.	145
Facti error etiam prudentissimos fallit.	195

I N D E X.

Factum, infectum fieri non potest.	16
Factum non videri quod non est permanens.	25
Falsò negans, vniuersũ præsumptionũ beneficiũ amittit.	129
Falsum committi tacendo, celando, aut per receptationem hominis.	125. & num. 3. in fin. Famæ incrementa. 9
Familię nomen quid in masculino valere obtinuerit.	74
Fati descriptio.	183
Febris.	141
Feuda aut emphyteusis in æmulationem. & nu. 2.	178
Feudum datum non videri propter adiectionem pretij cum re data. quid contra in permutatione.	114
Fictionum in iure modus.	168. & quæst. 12. num. 14.
Fideicõmissarij in hæredẽ, & cõtra, fraus. 207 & n. 2. co. prius hæredẽ fideicommittẽtis. q̃ possessorẽ tertiũ cõuenit.	206
Fideicõmissi bona, nõ grauati restitutioni huiusdẽ nexa.	207
Fideicommissorum incommoda.	200
Fideicommissum in fidem causidicorum commissum.	202
Fidem hosti seruandam. 130. frangenti fidem fides frangatur eidem.	ibid.
Figmẽta Romuli, Numæ, & Lycurgi qd ad immortalitatẽ.	56
Filij meritis potius, quàm pactis retinendi. 89. filius sine patre non dicitur, at dicitur, sine matre arrogatus.	74
Fines territorij quomodo probantur. 73. & nu. 5. & 6.	
Finiti ad infinitũ nulla proportio	54
Firmamentum.	137
Fisci à patrimonio principis differentia.	103
Fisco nascitur actio post cõceptam accusationem.	14
Flumen aut fons viuus qui dicatur.	139
Fluxus & refluxus etiam in fluminibus.	141
Fœminam, finem lineæ masculinæ, facere principiũ suæ.	77
Fœminarum munus præcipuum.	74
Forma plerunque animi iudicium.	40
Forma vnica indiuidui. 59. 116. dat esse reit. 159. eius & materiæ consideratio. 36. & quæst. 30. eius identitas identitatẽ essentiæ præstat, etiam mutata materia, & viceuersa. ibid.	
Fortuita prævideri non possunt.	42
Fraudari non videtur qui scit & consentit.	21
Frigus, terræ & corporibus noxium.	142

Fructuum

I N D E X.

Fructuum restitutioni quid teneatur tertius emptor fidei commissi.	219
Fundi acceptiones. 166. legatus. 169. fundi destinatione nostra, non natura terminantur,	ibid.
Furtum fame stimulante excusatur.	15
G Abacnitarū exemplū in iurisiurādi religione seruāda. 83	
Gallicū verbū. 246. uulgare dictum. <i>Le mort saisit le vif.</i> 31	
Generali concessione plures casus excepti.	179
Generacioni plus minusve masculus an foemina conferant, 74. & nu. 3. fortuita vt & mors,	213
Genius suus cuique regioni,	55
Gen ^o quid sit. qd differat à specie in iure & apud physicos. 78	
Gigantomachia quid. 200 Gloriz parandæ ratio. 198	
Glossæ in can. si quem poenituerit. 2. quæst. 3. intellectus. 14	
Gradus quid. 69 Græcia Romanum legum parens, 206	
Grex. 35. legato eo quid legatum intelligatur.	ibid.
H æredipetæ,	83
Hæreditate adita sit retrotractio ad tēpus mortis testatoris. 35. eius nomine quid insertum designari. 188. & q. 43. nu. 5. proximorum defunctorum dici, quid ita. & quid vna hæc non sit. 78. & quæst. 45. num. 1.	
Hæredis habendi studium, vanitas. 198 quid pendente inuentario creditores conuenit. 35. ante tempus inuentarij aut deliberandi an conueniri possit. 34. & num. 2.	
Harmoniz corporis quoad animam consideratio,	54
Hegendorphini dialectica legalis.	43
Hegeſias. 145 Homicidij facti defensio, 130	
Hominis diffinitio per Bartolum. 9. diuisio. 166. cum vniuersali mundo collatio. 136. & num. 2. interest hominem beneficio affici. 9. homini Deus, aut contra lupus. 10. vnici luminis. 41. litibus amicus naturæ vitio. 209. humano sanguine litatum. 133 Horatius Cocles. 145	
Horatij loci. 10. 20. 34. 44. 50. 51. 53. 55. 58. 83. 98. 142. 200	
Horologij motus, 53 Hortus. 164	
Hosti resistendum. 146	
Hostiæ loco, quæ præter sanguinem habita olim,	111

P

I N D E X.

Humaniores disciplinæ.	216
I anus Deus. 134. biceps veteribus fingebatur.	29
Isaora reprehenditur.	201
Idem 212. per idem non dignoscitur. 118. Idem corpus quod dicatur.	36
Ignis rerum principium. 204. S. Antonij, seu sacer, & varia ignium prodigiosorum exempla.	138
Imaginationis vis.	133
Immaturis nonnunquam plus reditus.	197
Imminutio pars interitus.	59
Immortalitas aut potius perennis status in brutis nullus, præter speciei conseruationem generatione 52. à Mose petita. 59. à Iuriconsultis præsentata. 46. eius à transmutatione consideratio.	52
Immunitas quaeritur per possessionem immunitatis exéplo in non collectato, & contra.	213
Imperia in feudum principibus à Deo concessa 98. 99. adiectione hominum potius, quàm pecunia ampliari. 14. sine pecunia, fragilia.	104
Impossibile per naturam impossibile est per artem.	167
Incendij vitandi gratia vicinas ædes intercidés excusatur. 15	
Incontinenti quid factum dicatur, & varia eius exempla. 26. dato interuallo necessario dicitur, ibid. modico interuallo non impeditur.	ibid.
Incorporalia diuidi intellectu possunt.	167
Indefinita non repræsentant vniuersalem in odiosis. 119. 120. à contrahentibus facta, diffiniri à lege aut iudice.	
Indiuidui pars tacta, ad omne trahitur.	158
Inducta in vnum effectum non contrariû, non operatur. 212	
Ineundi modus maximè dispiciendus, seu in testaméto, seu in cõtractib ⁹ . 113. ex clausula, si nõ valet iure testaméti, &c. 115	
Inficiationis dolosa repressio multis ex casib ⁹ singularib. 128	
Ingenium in nonnullis præcox.	197
Iniuria illata, præter restitutionem etiam pœnam habet. 11. accepto pretio an remitti possit, seu ante, seu post accusationem in præiudicium fisci. 14. verbis an facto inferatur	tur

I N D E X.

• tur quoad propulsationem, differentia. 16. & nu. 4. de eâ non quærens vitur consentire. 18. propulsandæ modus; quin et si alteri inferatur: socio itineris; amico, fratri. 11. de fr. 1. no; socio generaliter, defuncto t. statutori cuius hæreditatem cõrendimus, patriæ, vxori, subdito. 12. qui cum possit, a socio nõ repellit, in pari cum eo qui infert, culpa est: ibid. abolendæ dissimulatione; aut tacita reconciliatione modi; & huius præscriptionis tẽpora. 13. propulsandæ ex tempore. ratio. 16
Insinuationem generaliter edicto exigi in omnibus donationibus, nisi hiant causa matrimonij: 84
Insinuationis donationis ratio: 83
Institutio primi gradus, fauorabilis: 204
Instructa domus quæ intelligatur. 165
Instrumento productõ; recipienda est super fide instrumenti probatio: 63 Insula vrbaña. 164
Intellectu ædium & fundorum sine aditu consideratio. ibiq; huiusmodi plura. 162. & quæst. 44. in fin. & quæst. 5.
Interest multum, in nostro, an in alieno ius nostrum cum inferentis incommodo tueamur. 24
Interest reipublicæ vt quisque re sua bene vtatur. 89
Interitus futurus omnium rerum. 203
Interuallum quo tempore defininiendum in quæstione propulsationis iniuriæ. 50. quale necessarium in vicinis ædificiis. 153 Inualidum. 122
Inuentarij conficiendi ab hærede formæ & tempus: 32. & numer. 5.
Iobi malus angelus. 56
Index datus vt ex lege, non ex arbitrio iudicet. 21. præter ius faciẽs, ad priuati personam suo facto deuoluitur. ibid. nõ tamẽ cuiuslibet eius rei iudiciũ, sed reipublicæ. 23. in grauioribus quæstionib ⁹ & iuris dubia interpretatione, principem admonere debet. 101. eius autoritati potius, quam propriæ deferendũ regulariter. 33. officium. 188. officium in actione iniuriarum. 13
Judicij totius ordo trib ⁹ personis subsistit. 148. cũ syllogismo

I N D E X.

- collatio. 66. ab eo repellitur, cuius nihil interest. 20
- Iudicium sanguinis.** 135
- Iuramenti gratia sine causæ cognitione fit, quin plerisque in locis sine dispensatione agitur sed quam id graue sit, argumento tractatur.** 85. & q. 22. nu. 2. in fin. accedente accedit hostis Deus. 152. vin clausulæ omni meliori modo habet. 84. non afficit hæredem, quin præter gratiâ iuramenti agat. & ibi, post remissionem iurisiurandi, quem videri ac si non iurasset. 91. nullum quod dicatur, quomodo contra fieri, aut non contra fieri debeat, pluribus speciebus explicatur. 152. minorem maiorem, non, prudentem facit. & de iuramenti remissione. 192. quæst. 22. num. 5.
- Iurandū reo an actori deferendum.** 63. recusari ab actore, si legitimam in promptu probationem habeat. & ibi, de iureiurando non dato ab initio litis, & in casu non numeratæ pecuniæ. 127. generalis ei⁹ remissio, ac de iureiurando q^o seruari pōt citra salutis æternæ dispēdiū, 86. & super eo contra Baldum disceptatio. 88. & nu. 2. non præstandi superstitiosa religio. ibid. eius remissio, etiam si res sit extra iudicium, petenda. vbi & de mediatore inter Deum & hominem quiddam singulare. 90
- Iurisconsultorum singularia certamina, quas Concurrentias vocant.** 20
- Iurisdictio est domini in reb⁹ limitib⁹ circūseptis, sed res singularæ non præsumuntur esse domini, quid ita.** 175. 180. speciatim nulla cuiusquam iure naturali. 176. concessa, intelligi nobiles exceptos. ibid.
- Iurisprudencia praxim magis, quàm theoriam rerum spectat** 46. eius cum cæteris liberalibus artibus affinitas: diuinitrice. 40. chymia. 41. occulta philosophia. 42. theologia, arithmetica, geometria, rhetorica. 43. logica, physica, vera philosophia, arte militari. 44. præstantia. 214
- de Iuris corpore.** 44
- Ius an sit ars.** 214. an sit philosophia. ibid. ad alterum spectat. 46. naturale est vt æquo iure vtantur colligantes. 25. civile, iure naturali perimitur. 15. pontificium, seu sacrorum, quoru-

I N D E X.

quoruplex antiquo nostroq, ritu. 47. Romanorum ab Atheniēlib ^o . 206. q̄ q̄s nō habet, v̄dere nō intelligitur. 179	
Iustinianus patris patrię nomen non abnuit. 99	
Iuuenalis loci. 16. 55. 61. Iuxta, dictio. 153	
L Ac in terra & homine. 142. nō necessarium in muliere argumentum partus. ibidem	
Lapides ossa terrę. 138	Lectoris ætas. 196
Legalis ætas natura plerunq; fallitur. 97	
Legatum sine cessione agere. 168	de Legato incerto. 171
Leges à principibus pendent. 100. generalem rationem habent. 213. variarum singulares intellectus. l. j. C. de condit. insert. 76. fin. C. de patri. qui fil. su. dist. quod ait. 23. ff. de adult. 29. si quis repetere. ff. ad Turpil. 14. minor. & l. & si sine dolo. §. itē & ff. de minor. 63. cū hic status. ff. de donat. int. vir. & vxor. 91. placet. ff. de lib. & posth. 109	
Legio eadem quę dicatur. 36	Leuctricę puellę. 148
Lex animata, princeps. 197. cæca, surda, & inexorabilis. 10. propter alterum lata. 145	
Liberalitatis principis latissima interpretatio. 175	
Liberorum numerus an conferat patri legitimę augendę aut minuendę. 79	
Libertas, iuris est naturalis. 176	
Libertatis, non seruitutis, naturalis præsumptio. 154	
Librorū varię inscriptiones. 215	Lybicana specula. 42
Linea quid. 69. masculina & fœminina quid. 69. masculorum & fœminarū duplex. ibid. interruptę disputatio. 71. & n. 8.	
Lingüę intemperantia. 17	
Lites amputandę. 62. alię ab aliis propagātur fideicommissorum ex causa. 201	
Longobardi duellis maximē assueti, quod & in iuris formam redegerunt. 19. eorum leges. 114	
Lucani loci. 97. 147	Lucius Martius. 138
Lucretia quod sibi mortem intulerit, deffendi posse. 148	
M Agistratibus obediendum esse, quid procedat. 23. quales esse oporteat. 10. quid in coercendo delinquente spectent. ibid. ne pauperi quidem parcere debent. ibid.	

I N D E X.

Maior ætas quæ dicatur.	195
Mali principii occurrendum.	10
Mandamenti vocabulum tractatur.	95
Manlij Torquati pium facinus.	86
M. Antonius Augustum singulari certamine prouocat.	19
M. Curtius.	145
M. Seruiliij. xxiii. singularia certamina.	12
Mare & eius fluxus.	139
Marito condemnationes & multæ ex re dotali cedunt.	103
Mars leges non audit, Marij dictum.	200
Martialis locus.	56
Masculorum qualitas quomodo repetita intelligatur.	76
Materiatum eum transit in materiatum, desinit esse quod erat prius, & fit aliud.	36
Matrem filio ab intestato fortè non æqualem successionem dandam.	75
Mediatoris in dispensatione iurifurandi consideratio.	94
Melius est occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare.	22
Membra quæ dicantur.	167
Memoria cuiusque in futurum nulla.	200
Mendacij coercitio.	125
Mendax semel, facillè deinceps mendax censetur.	126
Merces eximi laboris.	191
Merita donationi non adiici satius. 81. alleganti ea, si cõiunctusest, eorundem incumbit probatio. 82. eorum assertio inter personas non suspectas, inducit probationem donationis, præter insinuationem, quid ita. & quid si ad personam hæredis referantur.	92
Micrococcus.	137
Militis boni existimatio.	67
Minora maioribus cedunt.	99
Minor an sit maior ætati proximus, longè refert. 194. non restituitur aduersus non productionem testium. 63. restituitur aduersus tutorem aut tertium. 180. si doctor est an restituatur. 195. ætas minoribus subuenit.	183
Minus.	121
Modus seruandus.	202
Molendini inferioris instructio in præiudiciũ superioris. 155. aucta	aucta

I N D E X.

<i>aucta rota augetur pensio.</i> 136. & vide an in alieno ædificari possit. quæst. 48. nu. 2.	96
Monarchiæ status pulchra consideratio.	96
Morbi in humano corpore,	138
Mori volens an audiendus.	21
Mori semel & semper. 205. pluries videntur qui in plures gradus relinquunt fideicommissa.	ibid.
Mors malorum finis. & ibi, de deditioe hosti facienda, aut contra. 146. fortuitus casus. 213. qualem eligere velint, perituris damnatis non conceditur. 20. eam qui sibi conciuerunt, puniri apud inferos iudices, non item a iudicibus humanis. & quid ita, præclare habes, ac distinctè tamen num. 5.	145
Motus perpetuus rerum.	53
Motus primi in potestate nostra non sunt,	16. 172
Mox factum quid dicitur etiam intra biduum vel triduum & decem dies,	28
Mulier res suas à rebus mariti fisco adiudicatis propria auctoritate repetere potest. & quænam res vxoris esse videantur.	22
Mulieris legatum consuetudinarium.	209
Municipale ius auctoris,	133. 154. 160
N ationis consideratio.	39
Natura imitanda. 167. mutari non potest, 98. nihil frustra efficit. 196. in perpetuo cursu est. 32. 36. sibi ipsi tempora præfinit. 196. & num. 2. eod. non procedit in infinitum, idq; exemplis illustratur.	203
Navis sæpius resecta, an eadem sit, egregia & philosophis & Iurisconsultis agitata quæstio 38. non eadem cuiuslibet est, cuiuslibet eius tabulis.	166
Necessitati veniam dari.	15
Negatio facti proprii coërcitio in casu non numeratæ pecuniæ, & aliis plerisque casibus.	144
Negatiua quandoq; fundamentum est actionis, & probanda. & quid ad priorem tantum actum non solum refertur. secus in affirmatiua. 118. & numero 5. quæstio. 23. num.	

I N D E X.

1. duplicis, simplicisq; singularis explicatio. 111. & num. 3.	
triplicis natura. & nu. 5. quid negatiuam reus probare nō compellatur. 117. implicitam habere debere affirmatiuam vt probari possit. 118. & contrā. num. 3.	
Negatiuum permissiuo præualet.	110
Negligentibus non subuenitur, sed rerum necessitate impe- ditis.	ibidem
Nihil tam naturale est, q̄ eodē genere quodq; dissolui, quo ligatum est.	17
Nihil, quid sit.	121
Nobiles seruitutem nouam aspernantur.	176
Nobilitatis ex aspectu iudicium.	40
Nomen rei suæ conuenire debet.	215
Nō dubito quia. 124. Nō entis qualitates nullæ sunt. 29. 182	
Non putaram, dicere imprudentis est. 41	Numisma. 134
O bligatio qui extinguitur. 204. in perpetuum sublata, re- stitui non potest.	29
Obligatus non intelligitur qui postera die respondit. 28. ne- minem obligatum ius præsumit.	67
Oculata fides omnium certissima.	65
Oculi. 137. se non vident. 50. virium eorum varia exempla. 41. oculis se priuauit philosophus, quo melius cōtemplationi naturæ vacaret.	58
Omnia in partem aliquam diuinitatis veniunt.	52
Oracula Apollinis: Trophonij, Ammonij.	55
Ortus & interitus eadem ratio.	204
Otium terræ & homini necessariū.	139
Ouidij loci variij. 32. 49. 50. 57. 58. 62. 67. 97. 99. 132. 133. & 4. & 8. 146. 151. 174. 196. 198. 201. 203. & 4. & 5. 212.	
P andectarum nominis vis.	38
Paries quomodo meus esse dignoscitur. 153. aræ seruit nonnunquam.	154
Parrochialis Ecclesia. 195	Partium salus eadem & totius. 89
Parris patriæ nominis dignitas.	99
Paulus Æmilius Persei a se victi fortunam miseratus.	148
Pausanias.	56
Pecudē in nostra pascentē an retinere, an occidere liceat.	24
	Pelli-

I N D E X.

Pellicanus avis.		133
Perennis status ad rem etiam inanimem refertur.		36
Perpetuum quomodo dicatur I. C. 38	Petrus Bonetus.	209
Phariseorum de anima opinio.		51
Philosophia vera, nō simulata, quæ. 215. 326. nomen eius, id quod		
inuitum. 324. loci plures à Iurisconsultis tractati.		39
Physiognomia.	40	Piæ causæ fauor.
Pietatis officium debitū, quid lex dicat. 12. eius in patrem in-		
signe exemplum in Manlio Torquato adolescente.		86
Pignori non accipienda inferior aut superior mola. 156. pi-		
gnus. 164	Plantarum vita.	139
Plato in immortalitate animæ inquirenda diu multumque		
laborauit.		47
Plauti locus.	65	Plotinus
		55
Pluit sanguine.		142
Pobellus præses. 63. 68. 81. 87. eius Epithaphium.		52
Pœna ne egrediatur delictum.		25
Pœna & præmio Respublicæ continentur.		214
Pœtatum certamina. 19. laus. 215	Polus Astrologis quid.	27
Pomponius Tribunus plebis iusiurandum vi extortum reli-		
giosè seruat.		86
Populi interest res principis non alienari.		104
Populus idem qui dicatur.		35
Portellus alter oculus quibusdam.		41
de Possessione duorū insolidū, aut pro parte. 158 incerta.		159
Possessionis & fundi acceptiones. 165. & de tradita possessio-		
ne tei. quæst. 42. num. 5.		
Possideri in solidū res eadē naturaliter à duobus non pōt.		52
Posthumi institutio an ad præsentem qui erat in vtero testa-		
mēti tēpore referatur tātū. ad l. placet. ff. de li. & posth. 109		
Potētia propinqua actui actus ipse quodāmodo videtur.		194
Potestas omnis à Deo.		197
Prædonis & Tyranni propulsandi differentia.		30
Præscriptio rerum publicarum non procedit. 223. fideicom-		
missi, antè huius euentum nulla.		205
Præscriptum tantū quantum possessum.		177

I N D E X.

Præsumptio quæ pro decreto. 194. & nu. 2. eo.	
Præbyteri ætas.	196
Prætij quantitate dignoscitur contractus. 109. & q. 46. nu. 2	
Primi bene viderunt: vulgare dictum.	33
Princeps supra leges. 197. lex apimata. ibid. an à populo potestatem habeat. vbi & de lege Regia 96. sine restitutione reuocat alienata inutiliter: curator, tutor, aut maritus nõ sine restitutione. 107. electus, defuncti principis contractibus æquis & bonis tenetur. 108. populi pater, pacis cupidus. ibid. velut Reipublicæ maritus. 103. omnibus admirationi. 99. à Deo in populi gratiam datus. 98. & nu. 2. eius potestas ex scriptura. 101. decreta stabilia esse debent. 103	
Principes legibus solutos legibus viuere quid procedat. 100. & non tollunt ius tertij. quæst. 1. in fi. multò minus ius naturale. quæst. 48. nu. 3. quid diui & dij dicti. 197. Eorum literis quare Dei gratia præponatur. 98. opreptitia & supreptitia placita, ipsorum iussu quare reiiciuntur. 99. alienationes quatenus subsistant. 104. 105. liberalitatis modus. 106. acta inter casus fortuitos censentur tanquam vis maior. 148. maiestas.	197
Principatus & in principatum confluentium retum, Oceano, & in eum fluentibus aquis comparatio.	106
Principio eodem orta, diuersimodè tamè moueri ad immortalitatis quæstionem & resurrectionem.	52
Principium hominis & bruti apud Virgilium.	53
Principium, rei potissima pars. 205. & quæst. 2. nu. 2. & principis obsistendum. quæst. 1. num. j. & ij.	
à Priuatione ad habitum non est regressus.	52
Priuatorum ius à Principe non tollitur.	11
Probatio quæ non releuat, non admittenda. 20. soluti & debiti qui differant. 126. per rei euidenciam. 65. per scripturam publicam admittitur contra iuramentum actoris, aut rei. vbi & de probatione non numeratæ pecuniæ. 128. & n. j. e.	
Procurator. 195. fisci à procuratore patrimonij quid differat.	103
Prodigia in ortu & interitu principum.	167

I N D E X

Prohibitio indistinctè facta, generaliter est accipienda.	129
Proposium in mente retentum nihil operatur.	54
Proprietas rerum humanarum nulla verè dici potest.	31
Propriis commodis naturaliter trahimur atq; decipimur.	46
Prorogatio temporis redimendi a tutore & ibi, prorogatio- ne non nouam rem videri.	182
Protestatio contraria actui, delinquentem autorem suū non excusat.	17
Prouocato fauendum.	16
Pubertas ex vigore non ex annis censetur.	195
Publica priuatis præferenda.	151. 156. 202
Publicum crimen sine iudice aboleri non posse.	15
Pulchritudo. 40 Punctū, principium lineæ.	69
Pupillo omnino subueniri æquissimum.	192
Pupillus an agat, an conueniatur facto tutoris, longè inte- rest.	182
Pythagoræ metempsychosis. 66. esu cruento carniū inter- dixit.	138
Q uæ sitat nemo quod nescit.	56
Q uæ notabiliter fiunt, nisi exprimantur, videntur ne- glecta. 163 Quin.	123
R ancorem, non satisfactionem iniuriæ, remitti.	19
R atio & oratio hominem a brutis distingunt.	17
R atio tituli operis.	215
R egulo quare vitam abiicere necesse fuerit.	144
R egnandi ius, libido, & controuersia.	200
R eipublicæ nihil non debemus.	145
R eipub. interest feuda immediatè possideri à principe.	105
R eim nostram nobis seruire non dicimus.	211
R enatus Castellarius præses.	51
R escriptum inciuile an reiiciendum citra declaratoriam pe- titam à principe, quomodo id procedat. 101. & num. 4. de rescriptis inciuilibus.	11
R e sua ne quis malè vtatur Reipublicæ interest.	142
R es aliter plerunque animo considerantur & in iure & phy- sicè, quæ reuera se habeant secundum corpus.	162

I N D E X.

Res vna eademq; diuerso iure censeri non debet.	58
Restitutum.	75
Restitutio propter auctoritatem iudiciorum negata.	186
Restitutio pupilli, aut minoris. aduersus repudiationem hereditatis, aut legari.	187
Restitutionis in integrum vis.	91
Reus actore fauorabilior.	181
Sabbaticum flumen.	141
Saisire verbum, vnde.	31
Sallustij poetæ Galli loci.	100. 121. 138. 141. 143
à Sanguine petenda rerû spiritualiû inuestigatio.	133. & nu. 4.
Sanguinis acceptiones multiplices.	134. cum mari & aquis comparatio. 133. & nu. 4. fluxus menstrui vel ex morbo. 141. congelatio. ibid. astantis interfectoris iudicium. 132. animæ habitatio: 131. medium quiddam inter Deum & hominem. 134. præcantationibus sistitur.
	142
Sapientis argumentum, se ipsum nosse.	194
Satisfactionis in nouo opere ratio, & limitatio.	159
Sauli malus angelus.	56
Seculum	38
Semper, & non semper.	123
Senatus Romani origo.	97
Senat^o & ratiocinalis auditorij notiones diuersæ.	103. & n. 2.
Sententia nulla in pupillum sine aduocato.	186
Sepulchri cura.	140
Seruius Tullius.	138
Seruitus continua & perpetua.	32
Seruitus nõ ædificandi à quo tẽpore procedat, & quomodo.	
	151. & q. 40. in fi. & 41. in prin. debetur fundo, nõ psonæ. 158
Seruitus pro parte nec quærì nec amitti potest.	157 & num. 3.
Seruitutis tigni immittendi.	149
Seruitutis aræ nota.	153
Similitudo territorij ad paludem, imperij ad nebulam.	95
Simoniz crimen.	68. 108
à Singularibus ad generalia petuenitur.	89
Socius itineris.	12. generaliter. ibid.
Socratis familiaris genius.	55
Sol & homo generant hominem.	142
Sol & Luna.	137
Sol vnus.	97. 98
Sortis iudicium non omnino à iure improbatur.	21
Spiritus mundi & hominis.	137
Spolians aut ædificans prior, quid spoliati aut demol. ten.	24
Spolia-	

I N D E X.

Spoliatus quomodo possessionem vi repetit.	29
Stipulari an quis possit pro ferenda ope.	192
Stultus stultos alios putat.	194
Substantia quid sit. & ibi, de substātialibus cōtractuū. 135. & 6.	
Substantiæ immutatio tempore.	172
Substantiæ secundæ, magis substantiæ, quam primæ,	94
Substitutionis primogeniti.	70
Substitutionum vanitas.	200
Successione seu subrogatione, perpetuum quid fieri explicatur: & quid dicatur id verbum perpetuum. 35. & q. 11. nu. 2.	
Superstitio veterum circa manes.	140
Suus seu suæ mentis quis dicatur.	68
Syllogismi cum iudicio collatio. 66. & de syll. captiosa. q. 46.	
Syndicatus in antiquis probatio.	174
T Aberna & apotheca an appellat, domus cōtineatur. 164	
Tarquinius vim Lucretiæ intulit.	148
Temporis deliberandi modus & vtilitas.	32
Tempus continuum, eodem die aut hora factum dici.	27
Terentij loci. 10. 194	Terminus antiquis Deus. 174
Terræ physica consideratio.	137
Territorij & iurisdictionis differentia.	95
Territorio vendito quid contineatur. 175. in alieno particularis territorij consideratio ac differentia. 176. & nu. 6. & 8.	
nomen iuris sine terra quid id sit. 95. à iure terrendi.	177
Testamenta præteritione infirmantur.	111
Testamentorum causa,	205
Testamentū pupilli nō autore curatore factū reuocabile. 191	
Testatorem, quod natura constituitur, voluisse par est.	75
priori se dispositioni conformem potius, quàm iuri reddidisse præsumptio est. 77. eius verba ad primum actum referuntur.	109
Teste deficiente deficit omnis iudiciarij ordinis formula.	18
Testes post didicita testificata an admittendi 62. nu. 3. & 5.	
Testi præ autoritate & existimatione deferendum plurimū.	
66. in sui causa esse quis non possit regulariter. ibid. si	
suis non intersit fidem habet: huiusq; rei species, 67. vniū	

I N D E X.

A firmatum, mille testium negato præualet.	117
T heologia & Theologi. 48	Thobix bonus angelus. 56
T hrasibulus. 206	Timor degeneris animi indicium. 17
T iraquelli sētētia refutatur. 135.	Tituli hui ^o operis ratio. 214
T olerationis longæ, consentiente seu populo seu priuato effectus.	150
T ollere naturaliter quis non potest quod dare non potest.	180
T otius salus à partium salute pendet.	89
T otum qui dicit, nihil excipit.	110
T ransactio partium in publico crimine, vtriusque transigentium periculo inita.	15
T rebellianicæ legitimæ deductio. præter dorem vxoris filij rogati restituere.	210
T rigeminorum pugna.	19
T utor an appellare teneatur. 186. facto suo quomodo pupillo noceat. 180. & nu. 7. eo quid transactione. 185. eius iudicialiter factum quid ad pupillum. ibid. & nu. 5. eod. qui à sordibus submoueatur. 183. ei non temere concedenda distraktionem. 184. soluendo esse, quid intersit emptoris in restitutione minoris.	189
T yranni violentia, quia semper est in actu. semper propulsari potest.	135 30
V acuum quid.	121
V enditio incerta quid procedat.	170. & r.
V enditioni quæ tacite accedant, & quæ præstanda emptori.	161. & num. 2.
V enditionis fundi designatis finibus natura.	173
V enditor seruiturem non debet à fundo præstare. 161. aliter dānandus ad præstationem itineris, aliter legatarius.	163
V erbis ad verbera transitus.	17
V eritatem rei potius, quam verba spectari.	81
V ia facti, quæ vulgò dicitur.	17
V ia est Reipublicæ. 150. non liberam esse, quæ liberū sursum aërem non habet ad cælum vsq; et in ipso tractatur. ibid.	
V icissitudo omnium rerum.	200
V im vi repellere licet iure civili & naturali. di.	17. 22. 130. 146
	Vim

Vim rebus illatam ex continenti repellendi modus:	27
Vis maior non præstatur.	19
Vindicta legibus improbatur; iniuriæ satisfactio conceditur. 10. non est, postulatâ lege iniuriæ restitutio. 11. publici; non priuati iuris. ibid. Deo relinqui Christiana pietate iubetur:	ibid.
Vini noui, aut moderatè sumpti vsus.	143
Vir sanguinum:	134
Virgilij loci. 9. 10. 13. 17. 19. 30. 49. 50. 52. 54. 55. 56. 58. 68. 73. 74. 85. 131. 133. 137. 138. 142. 144. 145. & 6. 150. 183. 197. 198. 204. 213.	
Vita absque victu, vita non est.	135
Vitæ & necis in ciues potestas regia est, & Deo proximos principes efficit.	11
Vitæ idem exitus qui introitus.	204
Vitam pecunia redimi in publico crimine tolerant iura, eadem tamen in accipientem animaduertunt.	15
Viuenti optima ratio:	214
Vlpianus a Valla defenditur.	213
Vlysis simulata infania.	194
Vnitas principium numerorum.	98
Vnitatem proximè inuiti Romani attigere in administratione rerum & ibi, de vnitate, quoad numerum, confideratio.	97

FINIS.

